Adde. ad hunc text. Bald. conſ. 104. Sex ſunt ſub. nume. 1. uol. 1. Rom. conſ. 275. in propoſita. per tot.

1221 *L. Non hoc. C. und. legiti.*

Probatio ambigua nihil ualet, ſed debet eſſe de neceſſario concludentibus. De intel. huius tex. uide Alci. lib. 1. diſpu. cap. 7. Iaſ. hic ampliat. & limitat. pluribus modis & in. l. fructus num. 6. ff. ſolut. matrimo. Diaz. reg. 601. probatio. nouiſſime Mantic. de coniect. ult. uolunt. lib. 12. tit. 13. num. 11.

1222 *L. Sanctio legum. ff. de pœnis.*

Generi per ſpeciem derogatur. Afflict. deciſ. 41. Tiraq. poſt l. connub. gloſ. 7. num. 175, Hippol. Rim. conſ. 28. publicatum. nu. 75. lib. 1.

1223 *L. Lucius Titius. ff. de alim. lega.*

Si prædia pro alimentis relictis obligētur, ex hoc legatum alimentorum non augetur nec minuitur. Add. Guid. pap. q. 8. Dominus Rom. ſing. 431. An diſpoſitio huius legis procedat in tacita hypothe. Rip. ad l. priuilegia nu. 13. cum ſeq. ff. de priuil. credit.

1224 *L. Inciuile. C. de rei uendic.*

In contractibus nominatis non eſt locus pœni-

tentiæ,

Digitized by

tentiæ, parte altera inuita. Vide. Iaſ. in. l. fin. nu. 14. ff. de condi. ob. cauſ. ubi ponit ſeptem limitationes, ad hanc regulam. Afflict. deciſ. 280. num. 6. Caballin. milleloq. 334. nu. 1. & 2.

1225 *L. Si duobus. ff de milit. teſtam.*

Pro intelligentia ac declaratione ad hunc tex. vi de Sebaſt. Sapi. in repet. l. unicæ, num. 5. C. quan. nō pet. par. Doct. ad l. Centurio. ff. de vulg. in 2. not. ubi Rip. nu. 27. Socin. Iuni. nu. 87. Mantic. de coniect. ult. volunt. lib. 6. tit. 1. nu. 29.

1226 *L. Cum hæreditate. ff. de acqu. hæred.*

Propter vnum abſtinentem poteſt alius qui adierat à toto recedere, niſi creditores eum pro parte abſtinentis uoluerint moleſtare.

Vide Coraſ. ad l. teſtamento. C. de impub. num. 31. & ſeq. & quod hic tex. non habet, locum, quando id eſt cohæres, & ſubſtitutus. Zanch. in repet. l. hæredes mei. §. cum ita. nume. 280. ff. ad trebel.

1227 *L. Traditio. ff. de acquir. rer. domin.*

Nemo plus iuris in alium transferre poteſt quam ipſe habeat.

Vide Iaſ. in l. quod in aliena. §. interdũ. ff. de acqu. hæred. exornat Cagnol. in reg. nemo plus iuris. ff. de reg. iur. Phil. Port. conſ. 2. nu. 36.

1228 *L. Mercatores. C. de commer. & mercat.*

Vide Abb. conſ. 17. in quæſtione num. 1. lib. 2. Anchamn. conſ. 157. ſummæ. nu. 4. in fin. Modern. Ancon. tract. de mercat. par. 4, nu, 24.

L. Qui

Digitized by Google

1229 *L. Qui in carcerem. ff. de eo quod met. cauſ.*

Promiſſio facta in carcere nullius eſt momenti. Vide Dec. conſ. 691. In facto num. 3, ubi limit. quando contractus ad vtilitatem capti uel carcerati factus, eſt. In materia vide Cuma. conſ. 288. Viui. lib. 1. cõm. opin. in verſ. contractus. Didac. extr. de teſta. 2. part. 3. cap. 4. num. 11. Tiber. Deci. conſ. 102. num. 1. uolu. 3. Aretin. conſ. 14, uiſo, num. 11. Et qualiter exponantur illa verba, nullius momenti. poſt Bart. & Bald. hic Iaſo. l. filiusfamilias. §. diui, primo not. ff. de lega. 1. cardi. conſ. 138. ad quandam. col. 1. Purpur. conſil. 282. Scripſi. numer. 6. lib. 1. Alex. conſi. 241. in fin. & ibi addi. lib. 6. Afflict. deciſ. 149. nume. 1. 2. & 3. Rolan. à Vall. conſi. 57. Quoniam nu. 38. cum ſeq. lib. 5. & conſ. 2. nu. 47. cum ſeq. lib. 1.

1230 *L. Si ex cautione. C. de non numer. pecu.*

Creditor debet probare numerationem, ſi debitor ei agenti opponat exceptionem non numeratæ pecuniæ. Vide Abb. conſi. 41. videndum. nu. 1. lib. 1. In materia conſi. 157. Factum. nume. 1. uol. 4. & conſ. 190. Sempronius. nu. 1. cum plur. ſeq. vol. 2. & conſi. 251. duo. numer. 1. volum. 3. & conſ. 23. interdum. in prin. uolu. 5. Alexand. conſilio. 179. uiſa. numero. 3. & 4. Fortun. in Necyoman. iur. dial. 75. numero. 3. & uide pulchram repetit. Eman. Coſtæ. ad hunc tex.

1231 *L. ſi fideiuſſor, 2. §. pater. ff. de pignor.*

Scribens contractus obligationis rei ſuæ uidetur obligationi conſentire.

Vide Crot. in l. 2. §. voluntatem, numero, 5. ff. ſolut.

Iut.matrimo.Docto.in tit.inſtit,de lit.oblig. *Marſi.* in rub,C,de probatio.nu.309.& 314.

1232 *L.Si pater tuus.C.de hered.inſtituen.*

Inſtitutio facta de aliquo tanquam de filio vel de fratre,cum non ſit,habetur pro non facta,& hæredi tas eſt in cauſa inteſtati,ut hic.& leg.nec apud. ubi Doct.infra eodem.Grat.conſi.124.nume.21. lib. 1. & conſi.108.§.31.lib.2.Alciat.præſumpt.37.reg.3. Socy.iun.conſi.113.nu.4.lib.3.Pariſ.conſi.11.num. 14,& conſ.29.nume.113.lib.2.Tiraquell.tract.cauſ. ceſſ.prima par.nume.116.& 136.Bero.conſ.180.numero 29.lib.2.Dec.conſi.288.numero 3.Duran.conſi.184.inter conſi,ad cauſ.ult.volunt.Cephal.conſi. 48.nume.6.

1233 *L.Si ita ſcriptum.in princip.ff.de liber. & poſthum.*

Prouiſio facta in caſib.ſeparatis porrigitur ad eoſdem caſus ſimul coniunctos.

In materia quando diſputatio in ſimplicibus extendatur ad mixtum.Et ad intell.huius tex.uide Socyn.in l.2.nume.11. & seq.ff.de uerb.obli.& eodem tit.ubi Fortu.Garzi.nume.172.cum ſequen. Socyn. iun.nume.56.ubi comprobat intellectum Cum; & Socyn.in dicta l.2.ſaluando ab obiectionibus Crot. ut ibi per eum Mantic.de coniectu. ult.volunt. lib. 11.tit.15,nu.5.

1234 *L. Quidam.ff.de re iudica.*

Maior decem & octo annis poteſt eſſe iudex delegatus & ordinarius. Minor decem & octo maior quatuordecim poteſt eſſedelegatus,ſi ex conſenſu par-

Digitized by Google

partium delegetur; uel Ordinarius, ſi ex certa ſcientia Imperator eum iudicem dederit.

Pro intell. huius textus adde Oldrad. conſi. 325. thema. numero 9. in fin. Iaſ. lib. ſecundo. intell. cap. 22. tamet ſi. Bertrand. conſi. 325. & 342. clau. Cantiunt. tract. de offic. iud. libro primo cap. 3. nume. 20.

Quod locum habeat, etiam ſi agatur de modico præiudicio tertij. Marchabru. ab Anguilla. cōſi. 206. nu. 34. lib. 1.

1235 *L. Cum proponas. C. de naut. fænor.*

Obligans ſe ad caſus fortuitos, non tenetur de eo quod prouenit ex facto proprio alterius contrahentis. Concordat tex. in l. quod officii. §. fin. ff. de contrahen. empt.

Vide in materia. Anchar. conſi. 414. Iaſ. l. 1. nume. 6. C. de inſtit. & ſubſtit. Dec. conſi. 70. & pro tenui. nume. 3. Roman. not. 441. tu ſciſ cum addit. ad eum Alex. conſi. 84. Ponderatis nume. 6. uolu. 6. Gaballi. milleloq. 327. nu. 4.

1236 *L. Si mater. quæ eſt. l. penul. C. in quib. cauſ. pign. vel Hypoth.*

Tutrix ſi ſecundo nubat, non reddita ratione adminiſtrationis, bona ſecundi viri ſunt tacitè obligata pupillo pro ratione adminiſtrationis reddenda. Et eſt hic caſus ſpecialis, in quo vir ſecundi matrimonii tenetur pro debito ſuæ uxoris. Secundum Bald. hic pro not. tradit. *Marſil.* ſing. 248. conditio. Plenè quando hæc l. locum habeat, & præcipuè an an in caſu, quo mulier non ſuſcepit legitimé tutelam, ſed de facto adminiſtrauit; Dec. conſ. 591. text. per totum.

Auth.

1237 *Auth.Quod locum.C.de dot.cau.non num.*

Exceptio non numeratæ dotis poteſt opponi infra annum. ſi matrimonium durauerit ſolum per biennium: ſi vſque ad decennium,infra tres menſes: ſi plus,amplius non conceditur.
Vide Anchar.conſi.307.nullum dubium.in materia Didac.lib.1.var.reſolut.ca.7.in materia plene Fab. Mar,tract.cautel.caut.4.per tot.

1238 *L Si fideiuſſor.quę eſt l.pen.C.de fideiuſſ.*

Pro intell.vide Abb. in cap.fin. extra de fideiuſſ. & conſi.23.videtur dictum Petrum lib.1. Menoch tract.de arbitr.iudic.lib.2.centu.1.caſ.50.nu.13.

1239 *L.Res iudicata.ff.de reg.iur.*

Res iudicata pro veritate accipitur. in materia Dec.& alij hic.Bart.ad l. ex hoc iure.nume.6. ff.de iuſt.& iur.Caſſa.deciſ.7.de cauſ.poſſeſ. & propriet. Socyn.iun.conſi.45.col.9.lib.2.Per Fely. in c.cum uenerabilis.nu.29.extra.de exceptio.

1240 *L.in lege Aquilia ſi deletum.ff. ad legem Aquil.*

Vide nouiſſimè Pinell.in repetit.l.1. C. de bon. mater.3.part.fol.508.verſi.non obſtat.Didac.de teſtam.2.par.cap.6.§.8.nu.13.

1241 *L.Qui officij.ff.de contrahen.empt.& L.Milites agrum.ff.de re milit.*

Milites,aut qui Rempub.adminiſtrant prohiben-

tur

Digitized by Google

tur prædia comparare in ea prouincia, ubi militant. Vide Iaſ. & alios in l. principalibus. ff. ſi cert. pet. Tiraq. de retract. in præfat. nume. 45. & in §. 1. gloſſ. 9. nu. 162. Quod adminiſtratores & Officiales non poſſint emere bona illorum, quorum adminiſtrant; vide reg. cum plur. limit. per Petr. Duen. reg. 31. ad miniſtratores.

1242 L. *Filiusfamil.* §. *diui. el 2. ff. de legato. primo.*

Prohibitio nuda alienationis facta a teſtatore ſine rationabili cauſa, non ualet.

Adde quod dicitur rationabilis cauſa, quia res il la prohibita alienari fuerat maiorum ſuorum, etiam ſi hoc non exprimatur, ut per Tiraq. in præfat. tract. de retract. nu. 39. & 50. & de intell. uid. Soc. iun. con ſi. 49. nu. 6. uol. 3.

Fallit reg. huius tex. in ſex caſibus, ut per Amb. de opin. hic nu. 10. ver. ex hoc text. vt per Ferdin. loaz. nu. 3. & ſeq. & nu. 29. ut per Soc. iun. nu. 100. Ampli. & limit. Iaſ. nu. 69. Rip. 20.

Ad verſi. quid ſi liberis. ibi, fundi eſſe. Adde quod accipitur fraus pro damno, ut declarat dicta præfat. Traquel. de retract. no. 69.

Ad verſi. pro creditore. dic vltra ſcribentes hic, quod debet intelligi, quando debitores inſtarent & urgerent ad ſoluendum rem debitam, ſed ſua ſponte hæredes alienare non poſſent. Corn. conſi. 247. circa. nu. 6. lib. 3. pro quo facit ultra eum tex. in l. ma gis puto. §. non paſſim. ff. de reb. eo.

124 *L. Codicillis.* §. *inſtituto. ff. de lega. 2.*

Prohibitus alienare an & quando cenſeatur prohibitus locare. Vide Socyn. regul. 10. Pro declarat. ad hunc tex. Franc. Mantic. de coniectu vltim.

volunt.lib.4.titu.7.numero.7.

Ad glo.in ver.filiis.quod vetando teſtator alienare vel obligare, videatur per fideicõmiſſum.viciſſim relinquere; vide ferdin. in l.filius famil §. diui. nume.12.ff.de lega.primo Dec.conſi.38.nu.1.in fi. Fortu. Garzi.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.nu.78. ff.de lib.& poſthu.

1244 *Auth. Nec res.C.de ſecund.nupt.*

Liberi etiam ſi non ſint hæredes patris, habent tamen conſolidationem anti phaſi matris.Idem probat tex.in l.fœminę.in princ.eo.tit.

Adde Afflict.deciſ.314.in cauſa.Adde, quod iſte tex.habet locum etiam ſi ſtat ſtatutum, quod moriente vxore in matrimonio, maritus lucretur partem dotis.Quod ſi mortua uxore, poſtea moriatur maritus, qui in vita non acceptauit lucrum dotis; quod tamẽ tranſmittitur ad filios.Bald.l.generaliter.§.in his.C.eo.tit.Alex.conſi.150.uide ſupra themate, col.fi.num.7.lib.2.Iaſ.in l.ſi arrogator.nume.15.ff. de adopt.

1245 *L.Quod non ratione.ff.de legib.*

Conſuetudo an poſſit induci per errorem.&le intell.huius legis uide Dec.in l.ſi per errorem.nu. 4.ff.de iuriſd.omni.iudi.Felyn.in cap.cum P. &G. extr.de offic,deleg.Et quod conſuetudo contra ius non extendatur, uide per Petr. Duen, in regu. 15. Conſuetudo.

1246 *L.Cum in adoptiuis.§.ſed ne.ver.& ideo de adopt.*

Adde q iſte text. uidebatur facere, quod ſuita

eſſet

Digitized by Google

eſſet ſine patria poteſtate,quia adoptatus ab extraneo habet iura ſui hæredis,& tamen non eſt in poteſtate.Pro quo etiam eſt text.in §.pen.inſti.de fur. Sed dic ſecundum Gozadi.in l.qui ſe patris. col. 3. in fin,& ſeq.in princip.quod iſte text.non dicit eſſe ſuum,ſed habere iura ſuorum, quod eſt diuerſum. Bald.l.lege duodecim tabularum.C.de legit. hæredi.ubi quod aliud eſt, quem eſſe agnatum, aliud habere iura agnatorum. Bellon. libro primo ſuppnt.cap. 3.Deci. in dicta l. qui ſe patris.numero.2. & ſequen.

1247 *L.Lis nulla.ff.de iudic.*

Lis inter patrem & filium eſſe non poteſt, ut hic & l.actiones.ff.de action.& obligatio.

Limit.vt per gloſ.hic. uide Soc.late reg.244. lis. Soc.iun.con.43.uiſo.nu.8.uol.1.

Limit.fauore dotis.Bar.l.1.nume.15.in fin.ff.ſolut.matri.& ibi poſt Alex.Ponta.nume.62.Soc.iun. 226.Bal.Nouel.tract.de dot.part.9. priuil.8. nume.. 2.Marſil,ſingu.613.Mant.ſingu. 427. Roman.ſingu 621.Curt.iunior.in l.qui in poteſtate. ff. de in ius uoca.

Ad Gloſ.hic,ibi,ſi petant alimenta.adde idem eſſe,ſi pater diſſipat omnia bona,& filii petant alimenta.Marſil.ſing.613.

1248 *L.Serui electione.§.cum fundus.ff. de leg. primo.*

Legans rem communem cum alio, partem ſuam legare intelligitur,ut hic,& l. ſi domus §. fin. infra eo.Vide Soc. reg.224.legans.ubi ponit quatuor Fallentias.Petr.Ant.Ang.conſi.6.crimin.nullo.ad fin.

Rom.ſing.conſ.319.in cauſa numero primo. & conſ. 105.uiſo themate.in fin.& conſilio.165.liber.in prĩ cip.Corn.conſilio 332.capio.nume.8.uol.1.

1219 *L.Congruit.C. de loca.præd.ciu.lib.* 11.

Conductor antiquus præfertur nouo, quando offer t tantum pretii, quantum uult dare nouus. Vide Afflict. deciſ.238.Dicit conſuetudo.numero.3. & 4. ubi facit differentiam inter colonum & inquilinum. Sed Bald.in l.ne cui.C.loca.tenet hanc legem procedere in prædiis fiſcalibus propter cont.d. l. ne cui Idem Boer.deciſ.107 numero 3.poſt Anto.de Butr. in cap.ex reſcripto de locat. & conduct.

In rebus Eccleſiæ quod non poſſit expelli primus conductor per ſecundum, ſi tantundem offert. Paul.de Caſtr.conſ.4.uol.1.

Quod per æquitatem, debeat res ſemper eidem, relocari Caſtrens.conſ.32,uolu.1.Anto. de Butr. in dicto c.ex reſcripto.Idem in emphiteuſi Rom. conſ. 22.col.pen.Idẽ in Gabellario anni præcedẽtis quod præferatur nouo liciratori, ſi tandundem offert, quã tum nouus.Luc.de Penn.in l,prædia.in final. verb. hoc eod.tit.refert.*Marant*,diſput.8.nume.40.& 41. Idem in magiſtris & ſcholaribus.Boer.ubi. Statuta, tamen utiliter circa hoc prouident, quæ quidem ſer uanda ſunt.

1220 L.*Accepta.C.de uſur.*

Oblatio vel diſpoſitio debet fieri authoritate iudicis competenti. tempore & loco congruo. Vide plene per Bart.Bald.& docto.hic Bart.in l,ſi ſolutu rus.ff.de ſolut.& in.l. creditor. de diſtract. pignor. quia facta,in iudicio & iudicis auctoritate eſt maioris aut.quam facta extra iudicium l.pacta nouiſſima. ubi Iaſ.C,de pact.In materia uide per Socin.in leg.

qui

qui Romæ in princip.in 2. not.& ibi Iaſ.poſteum de uerb.oblig. An ſit ſatis, emptori conſignare ſeu deponere precium de mandato iudicis, ita ut talis conſignatio habeat uim ſolutionis, & periculum pecuniæ ſpectet ad uenditorem; Panorm.conſ.56.uidetur.n.1.cum ſeq.lib.1.

Adde.ad hunc text. Bald.conſ.104.Sex ſunt ſub.nume.1.uol.1.Rom.conſ.275.in propoſita.per tot.

1221 *L.Non hoc.C.und.legiti.*

Probatio ambigua nihil ualet, ſed debet eſſe de neceſſario concludentibus. De intel.huius tex. uide Alci.lib.1.diſpu.cap.7.Iaſ.hic ampliat. & limitat.pluribus modis & in.l.fructus num.6. ff.ſolut.matrimo. Diaz.reg.601.probatio.nouiſſime Mantic. de coniect.ult.uolunt.lib.12.tit.13.num.11.

1222 *L.Sanctio legum.ff.de pœnis.*

Generi per ſpeciem derogatur. Afflict. deciſ.41. Tiraq.poſt l.connub.gloſ.7.num.175, Hippol.Rim. conſ.28.publicatum.nu.75.lib.1.

1223 *L.Lucius Titius.ff.de alim.lega.*

Si prædia pro alimentis relictis obligētur, ex hoc legatum alimentorum non augetur nec minuitur. Add.Guid.pap.q.8.Dominus Rom.ſing.431. An diſpoſitio huius legis procedat in tacita hypothe. Rip. ad l.priuilegia nu.13.cum ſeq.ff. de priuil.credit.

1224 *L.Inciuile. C.de rei uendic.*

In contractibus nominatis non eſt locus pœnitentiæ,

Digitized by

tentiæ, parte altera inuita. Vide. Iaſ. in l. fin. nu. 14. ff. de condi. ob. cauſ. ubi ponit ſeptem limitationes, ad hanc regulam. Afflict. deciſ. 280. num. 6. Caballin. milleloq. 334. nu. 1. & 2.

1225 *L. Si duobus. ff de milit. teſtam.*

Pro intelligentia ac declaratione ad hunc tex. vi de Sebaſt. Sapi. in repet. l. unicæ, num. 5. C. quan. nō pet. par. Doct. ad l. Centurio. ff. de vulg. in 2. not. ubi Rip. nu. 27. Socin. iuni. nu. 87. Mantic. de coniect. ult. volunt. lib. 6. tit. 1. nu. 29.

1226 *L. Cum hæreditate. ff. de acqu. hæred.*

Propter vnum abſtinentem poteſt alius qui adierat à toto recedere, niſi creditores eum pro parte abſtinentis uoluerint moleſtare.

Vide Coraſ. ad l. teſtamento. C. de impub. num. 31. & ſeq. & quod hic tex. non habet, locum, quando idē eſt cohæres, & ſubſtitutus. Zanch. in repet. l. hæredes mei. §. cum ita. nume. 280. ff. ad trebel.

1227 *L. Traditio. ff. de acquir. rer. domin.*

Nemo plus iuris in alium transferre poteſt quam ipſe habeat.

Vide Iaſ. in l. quod in aliena. §. interdū. ff. de acqu. hæred. exornat Cagnol. in reg. nemo plus iuris. ff. de reg. iur. Phil. Port. conſ. 2. nu. 36.

1228 *L. Mercatores. C. de commer. & mercat.*

Vide Abb. conſ. 17. in quæſtione num. 1. lib. 2. Ancharan. conſ. 157. ſummæ. nu. 4. in fin. Modern. Ancon. tract. de mercat. par. 4, nu, 24.

L. Qui

Digitized by Google

1229 *L. Qui in carcerem. ff. de eo quod met. cauſ.*

Promiſſio facta in carcere nullius eſt momenti. Vide Dec. conſ. 691. In facto num. 3, ubi limit. quando contractus ad vtilitatem capti uel carcerati factus, eſt. In materia vide Cuma. conſ. 288. Viui. lib. 1. côm. opin. in verſ. contractus. Didac. extr. de teſta. 2. part. 3. cap. 4. num. 11. Tiber. Deci. conſ. 102. num. 1. uolu. 3. Aretin. conſ. 14, uiſo, num. 11. Et qualiter exponantur illa verba, nullius momenti. poſt Bart. & Bald. hic Iaſo. l. filiusfamilias. §. diui, primo not. ff. de lega. 1. cardi. conſ. 138. ad quandam. col. 1. Purpur. conſil. 282. Scripſi. numer, 6. lib. 1. Alex. conſi. 241. in fin. & ibi addi. lib. 6. Afflict. deciſ. 149. nume. 1. 2. & 3. Rolan. à Vall. conſi. 57. Quoniam nu. 38. cum ſeq. lib. 3. & conſ. 2. nu. 47. cum ſeq. lib. 1.

1230 *L. Si ex cautione. C. de non numer. pecu.*

Creditor debet probare numerationem, ſi debitor ei agenti opponat exceptionem non numeratæ pecuniæ. Vide Abb. conſi. 41. videndum. nu. 1. lib. 1. In materia conſi. 157. Factum. nume. 1. uol. 4. & conſ. 190. Sempronius. nu. 1. cum plur. ſeq. vol. 2. & conſi. 251. duo. numer. 1. volum. 3. & conſ. 23. interdum. in prin. uolu. 5. Alexand. conſilio. 179. uiſa. numero. 3. & 4. Fortun. in Necyoman. iur. dial. 75. numero. 3. & uide pulchram repetit. Eman. Coſtæ. ad hunc tex.

1231 *L. ſi fideiuſſor, 2. §. pater. ff. de pignor.*

Scribens contractus obligationis rei ſuæ uidetur obligationi conſentire.

Vide Crot. in l. 2. §. voluntatem, numero, 5. ff. ſolut.

lut.matrimo.Docto.in tit.inſtit,de lit.oblig. *Marſi.* in rub,C,de probatio.nu.309.& 314.

1232 *L.Si pater t uus.C.de hgred.inſtituen.*

Inſtitutio facta de aliquo tanquam de filio vel de fratre,cum non ſit,habetur pro non facta,& hæredi tas eſt in cauſa inteſtati,ut hic.& leg.nec apud. ubi Doct.infra eodem.Grat.conſi.124.nume.21.lib.1.& conſi.108.§.31.lib.2.Alciat.præſumpt.37.reg.3.Socy.iun.conſi.113.nu.4.lib.3.Pariſ.conſi.11.num.14.& conſ.29.nume.113.lib.2.Tiraquell.tract.cauſ.ceſſ.prima par.nume.116.& 136.Bero.conſ.180.numero 29.lib.2.Dec.conſi.288.numero 3.Duran.conſi.184.inter conſi.ad cauſ.ult.volunt.Cephal.conſi.48.nume.6.

1233 *L.Si ita ſcriptum.in princip.ff.de liber. & poſthum.*

Prouiſio facta in caſib.ſeparatis porrigitur ad eoſdem caſus ſimul coniunctos.

In materia quando diſputatio in ſimplicibus extendatur ad mixtum.Et ad intell.huius tex.uide Socyn.in l.2.nume.11.& ſeq.ff.de uerb.obli.& eodem tit.ubi Fortu.Garzi.nume.172.cum ſequen. Socyn.iun.nume.56.ubi comprobat intellectum Cum.& Socyn.in dicta l.2.ſaluando ab obiectionibus Crot.ut ibi per eum Mantic.de coniectu.ult.volunt.lib.11.tit.15,nu.5.

1234 *L. Quidam.ff.de re iudica.*

Maior decem & octo annis poteſt eſſe iudex delegatus & ordinarius. Minor decem & octo maior quatuordecim poteſt eſſedelegatus,ſi ex conſenſu par-

partium delegetur; uel Ordinarius, ſi ex certa ſcientia Imperator eum iudicem dederit.

Pro intell. huius textus adde Oldrad. conſi. 325. thema. numero 9. in fin. Iaſ. lib. ſecundo. intell. cap. 22. tamet ſi. Bertrand. conſi. 325. & 342. clau. Cantiunt. tract. de offic. iud. libro primo cap. 3. nume. 20.

Quod locum habeat, etiam ſi agatur de modico præiudicio tertij. Marchabru. ab Anguilla, cõſi. 206. nu. 34. lib. 1.

1235 *L. Cum proponas. C. de naut. fœnor.*

Obligans ſe ad caſus fortuitos, non tenetur de eo quod prouenit ex facto proprio alterius contrahentis. Concordat tex. in l. quod officii. §. fin. ff. de contrahen. empt.

Vide in materia. Anchar. conſi. 414. Iaſ. l. 1. nume. 6. C. de inſtit. & ſubſtit. Dec. conſi. 70. & pro tenui. nume. 3. Roman. not. 441. tu ſciſ cum addit. ad eum Alex. conſi. 84. Ponderatis nume. 6. uolu. 6. Gaballi. milleloq. 327. nu. 4.

1236 *L. Si mater. quæ eſt. l. penul. C. in quib. cauſ. pign. vel Hypoth.*

Tutrix ſi ſecundo nubat, non reddita ratione adminiſtrationis, bona ſecundi viri ſunt tacitè obligata pupillo pro ratione adminiſtrationis reddenda. Et eſt hic caſus ſpecialis, in quo vir ſecundi matrimonii tenetur pro debito ſuæ uxoris. Secundum Bald. hic pro not. tradit. *Ma*rſil. ſing. 248. conditio. Plenè quando hæc l. locum habeat, & præcipuè an an in caſu, quo mulier non ſuſcepit legitimé tutelam, ſed de facto adminiſtrauit; Dec. conſ. 591. text. per totum.

Auth.

1137 *Auth. Quod locum. C. de dot. cau. non num.*

Exceptio non numeratæ dotis poteſt opponi infra annum, ſi matrimonium durauerit ſolum per biennium: ſi vſque ad decennium, infra tres menſes: ſi plus, amplius non conceditur.
Vide Anchar. conſi. 307. nullum dubium. in materia Didac. lib. 1. var. reſolut. ca. 7. in materia plene Fab. Mar. tract. cautel. caut. 4. per tot.

1138 *L Si fideiuſſor. quę eſt l. pen. C. de fideiuſſ.*

Pro intell. vide Abb. in cap. fin. extra de fideiuſſ. & conſi. 23. videtur dictum Petrum lib. 1. *Menoch* tract. de arbitr. iudic. lib. 2. centu. 1. caſ. 50. nu. 13.

1139 *L. Res iudicata. ff. de reg. iur.*

Res iudicata pro veritate accipitur. in materia Dec. & alij hic. Bart. ad l. ex hoc iure. nume. 6. ff. de iuſt. & iur. Caſſa. deciſ. 7. de cauſ. poſſeſ. & propriet. Socyn. iun. conſi. 45. col. 9. lib. 2. Per Fely. in c. cum uenerabilis. nu. 29. extra. de exceptio.

1140 *L. in lege Aquilia ſi deletum. ff. ad legem Aquil.*

Vide nouiſſimè Pinell. in repetit. l. 1. C. de bon. mater. 3. part. fol. 508. verſi. non obſtat. Didac. de teſtam. 2. par. cap. 6. §. 8. nu. 13.

1241 *L. Qui officij. ff. de contrahen. empt. & L. Milites agrum. ff. de re milit.*

Milites, aut qui Rempub. adminiſtrant prohibentur

tur prædia comparare in ea prouincia, ubi militant. Vide Iaſ. & alios in l. principalibus. ff. ſi cert. pet. Tiraq. de retract. in præfat. nume. 45. & in §. 1. gloſſ. 9. nu. 162. Quod adminiſtratores & Officiales non poſſint emere bona illorum, quorum adminiſtrant; vide reg. cum plur. limit. per Petr. Duen. reg. 31. ad miniſtratores.

1242 L. *Filiusfamil.* §. *diui. el 2. ff. de legato. primo.*

Prohibitio nuda alienationis facta a teſtatore ſine rationabili cauſa, non ualet.

Adde quod dicitur rationabilis cauſa, quia res illa prohibita alienari fuerat maiorum ſuorum, etiam ſi hoc non exprimatur, ut per Tiraq. in præfat. tract. de retract. nu. 39. & 50. & de intell. uid. Soc. iun. con ſi. 49. nu. 6. uol. 3.

Fallit reg. huius tex. in ſex caſibus, ut per Amb. de opin. hic nu. 10. ver. ex hoc text. vt per Ferdin. loaz. nu. 3. & ſeq. & nu. 29. ut per Soc. iun. nu. 100. Ampli. & limit. Iaſ. nu. 69. Rip. 20.

Ad verſi. quid ſi liberis. ibi, fundi eſſe. Adde quod accipitur fraus pro damno. ut declarat dicta præfat. Traquel. de retract. no. 69.

Ad verſi. pro creditore. dic vltra ſcribentes hic, quod debet intelligi, quando debitores inſtarent & urgerent ad ſoluendum rem debitam, ſed ſua ſponte hæredes alienare non poſſent. Corn. conſi. 247. circa nu. 6. lib. 3. pro quo facit ultra eum tex. in l. ma giſputo. §. non paſſim. ff. de reb. eo.

1243 *L. Codicillis.* §. *inſtituto. ff. de lega. 2.*

Prohibitus alienare an & quando cenſeatur prohibitus locare. Vide Socyn. regul. 10. Pro declarat. ad hunc tex. Franc. Mantic. de coniectu. vltim.

 uolunt.

volunt.lib.4.titu.7.numero.7.

Ad glo.in ver.filiis.quod vetando teſtator alienare vel obligare, videatur per fideicõmiſſum.viciſſim relinquere; vide ferdin. in l.filius famil.§.diui.nume.12.ff.de lega.primo Dec.conſi.38.nu.1.in fi. Fortu. Garzi.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.nu.78. ff.de lib.& poſthu.

1244 *Auth.Nec res.C.de ſecund.nupt.*

Liberi etiam ſi non ſint hæredes patris, habent tamen conſolidationem anti phaſi matris. Idem probat tex.in l.fœminæ.in princ.eo.tit.

Adde Afflict.deciſ.314.in cauſa. Adde, quod iſte tex.habet locum etiam ſi ſtat ſtatutum, quod moriente vxore in matrimonio, maritus lucretur partem dotis. Quod ſi mortua uxore, poſtea moriatur maritus, qui in vita non acceptauit lucrum dotis; quod tamẽ tranſmittitur ad filios. Bald.l.generaliter.§.in his.C.eo.tit. Alex.conſi.150.uide ſupra themate. col.fi.num.7.lib.2.Iaſ.in l.ſi arrogator. nume.11.ff. de adopt.

1245 *L.Quod non ratione.ff.de legib.*

Conſuetudo an poſſit induci per errorem.& de intell.huius legis uide Dec.in l.ſi per errorem. nu. 4.ff.de iuriſd.omni.iudi.Felyn.in cap.cum P. & G. extr.de offic.deleg. Et quod conſuetudo contra ius non extendatur, uide per Petr. Duen. in regu. 15. Conſuetudo.

1246 *L.Cum in adoptiuis.§.ſed ne.ver.& ideo de adopt.*

Adde ꝙ iſte text. uidebatur facere, quod ſuita

effet

eſſet ſine patria poteſtate, quia adoptatus ab extraneo habet iura ſui hæredis, & tamen non eſt in poteſtate. Pro quo etiam eſt text. in §. pen. inſti. de fur. Sed dic ſecundum Gozadi. in l. qui ſe patris. col. 3. in fin. & ſeq. in princip. quod iſte text. non dicit eſſe ſuum, ſed habere iura ſuorum, quod eſt diuerſum. Bald. l. lege duodecim tabularum. C. de legit. hæredi. ubi quod aliud eſt, quem eſſe agnatum, aliud habere iura agnatorum. Bellon. libro primo ſupp. nt. cap. 3. Deci. in dicta l. qui ſe patris. numero. 2. & ſequen.

1247 *L. Lis nulla. ff. de iudic.*

Lis inter patrem & filium eſſe non poteſt, ut hic & l. actiones. ff. de action. & obligatio.

Limit. vt per gloſ. hic. uide Soc. late reg. 244. lis. Soc. iun. con. 43. uiſo. nu. 8. uol. 1.

Limit. fauore dotis. Bar. l. 1. nume. 15. in fin. ff. ſolut. matri. & ibi poſt Alex. Ponta. nume. 62. Soc. iun. 226. Bal. Nouel. tract. de dot. part. 9. priuil. 8. nume. 2. Marſil. ſingu. 613. Mant. ſingu. 427. Roman. ſingu 621. Curt. iunior. in l. qui in poteſtate. ff. de in ius uoca.

Ad Gloſ. hic, ibi, ſi petant alimenta. adde idem eſſe, ſi pater diſſipat omnia bona, & filii petant alimenta. Marſil. ſing. 613.

1248 *L. Serui electione. §. cum fundus. ff. de leg. primo.*

Legans rem communem cum alio, partem ſuam legare intelligitur, ut hic, & l. ſi domus §. fin. infra eo. Vide Soc. reg. 224. legans. ubi ponit quatuor Fallentias. Petr. Ant. Ang. conſi. 6. crimin. nullo. ad fin.

ubi limitat hunc textum non procedere, ubi in legã to adiecta eſſet dictio, totum.

Ampliat. in quatuor caſibus, & limit. in quatuor, ut per Iaſ. hic nu. 1. & 28. & per Rip. in l. cum fundus de leg. primo nu. 4. Quod non habeat locum, quando legatur alicui res, quam teſtator communem habeat cum ipſo hærede. ut poſt Bar. Rip. & Ruyn. declarat Menoch. conſi. 349. numero 16. lib. 4. plene lib. 10. regula. iur. ciui. tom. ſecundo in verſicu. legans.

1249. *L. Hæreditatem. quæ eſt. l. 2. C. de codicil.*

In codicillis non poteſt decreto dari vel adimi hæreditas; ſed per fideicommiſſum ſic ut hic & §. penult. inſtit. eod. & l. hæreditas. C. de his quib. ut indi gn. Vide Soc. reg. 169. hæreditas. Bart. in l. hac conſultiſſima. §. ſi quis autem. C. de teſtam. ubi Alex. & alii Hippol. Marſil. ſingu. 49. Hæreditas. Cephal. conſi. 497. nume. 86. Duas ampliat. & ſeptem limit. ad hunc tex. ponit Io. Bern. Diaz. regu. 309. Io. Dena. a ſina. lib. ſecundo regu. vlt. uolunt. in verſi. codicilli. fol. 71.

1250 L. *Caius. ff. ſolut. matrimo.*

Ex pacto extranei dotem dantis ſoluto matrimonio actio quæritur mulieri.

In materia Bar. & Doct. hic. Io. de Imol. & Paul. Caſtrens. Bart. in l. uxorem. §. teſtamento ſecundo. ff. de lega. 3. Alex. conſ. 158. circa primum. nume. 11. lib. 5. Cardin. Zabar. conſi. 3. nume. 2. late Bald. Nouell. tract. de dot, par. 6. priuil. 28. & 29. Gabri. conſi. 58. communis. numero 15. Alciat. conſi. 699. numero 2.

L. Si

Digitized by Google

1251 *L. Si ſub conditione. quæ eſt. l. 1. ff. de curat. bon. dan.*

Poſt Dec, Curt. iun. Rimin. & alios in rubr. C. de ſucceſ. edic. uide Capic. deciſ. 87. in cauſa ubi ponit, quæ requirantur, ad hoc ut perueniri poſſit ad dationem curatoris. Iacob, Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. ſecundo centu. 1. caſ. 1. nume. 13. Bero, conſi. 118. nu, 37. uol, 2.

1252 *L. Vel ſingulis. ff. de vulg. & pupill.*

Declarat Didac. ad c. Raynutius. §. per totum extra de teſtam. Bero. conſi. 18. nume. 20. vol. 2. Zanch. in repet. §. cum ita. ad trebel. nume. 590. ubi declarat & nume. 938. ubi quod fallit, quando alius frater eſſet ſubſtitutus. & nu. 99. ubi quod fallit, quando ſubſtitutio eſſet facta in tota hæreditate ſuperſtite matre uel alio fratre.

Pro declaratione Mantic. de coniect. ultim. uol ũt. lib. 11. titu. 2, nu. 8.

1253 *Aut.* Presbyteros. *la 2. C. de epiſco. & cler.*

Clericus uolens admittitur ad legitimam tutelam ſi intra quatuor menſes declaret uoluntatem ſuam in ſcriptis, niſi ſit Epiſcopus vel Monachus.

Adde ad hunc textum Bar. in l. legitimos. §. fin. ff. de legit. tut. Alb. in c, ex parte. il 2. extr. de appel. Dec. conſi. 26. in fin.

1254 *L. mulier, quæ viro. §. ſi quis te hæredem. ff. de condit. inſtit.*

Subſtitutio eſt proprie inſtitntio, Vide Socyn. in l. 1. 1. no. nu. 1. ff. de uulg. Dec. in rubr. ff. de inſtitu. & ſubſtit. quod aliter intelligit hic tex, Are. & alii ad

 l. Gal-

Digitized by Google

l.Gallus.§.& quid ſi tantum.de liber.& poſthu. Pariſ.ad l.Centurio.nn.163 ff.de uulg.& pupil.Pro intell.Ale.Raudens.tract.de analog.lib.1.c.10.nu.12.

1255 *L.Pecuniæ verbum.§.perſecutionis. ff. de verb.ſign.*

Pro intell.uide Ale.in l.1.nu.13.ff.de lega. primo Bellon.inſtit.de fideicomm.hæred. in princ. in gloſ.nullo vinculo.nu.7.Iac.de Nigr.in dicta l.1.de leg.primo nu.23.& Crot.nu.17.late Soc.iun.n.766.cum ſeq,Torniel.nu.29.cum plur.ſeq.

1256 *L.Hac conſultiſſima.§.ſi quis autem.C. de teſta.*

Primum teſtamentum perfectum & ſolemne non tollitur per ſecundum imperfectum,niſi tribus concurrentibus,de quib.hic.

Vide Raphael.Cum.in repet.l.ſi filius,qui in poteſtate.nu.41.ff.de liber.& poſthum.Paul.de Caſtr. conſi.238.Dubium facit.uol.1.Iul.Clar.lib.3. ſenten.§.teſtamentum.q.91.ubi quod diſpoſitio huius §.non habet locum,quando in ſecundo teſtamento eſſet præteritus aliquis ex filiis ipſius teſtatoris, & quod ex hac ultima voluntate defertur ſucceſſio ab inteſtato. Et poſt Bald.& Alexan. hic teſtatur de communi Clar. ibi. in materia uide Cephal.conſi. 119.nume.70.& ſeq.uol.4.& conſi.431.num.21.vol. 3.& poſt Natt.conſi.423.nume.21.& conſi.622. nu. 16.Mantic.de coniectu.ult.volunt.libro 6.tit.2.numero 15.

In terminis huius tex.an requirantur teſtes rogati.Quod ſic poſt Iaſ.hic nu.2.Ray.conſi.1.nu.5.vol. 2.Rom.conſi.306.

L.Ne-

1257 *L. Neſenius. ff. de negoc. geſt.*

Declarat Marcabru. ab Anguill. conſi. 10. nu. 80.
Ad gloſ. fin. dum tangit vulg. 3. inſtit. 3. opini. ſecundum quam in dubio diuiduntur res per med iũ; adde. Iaſ. in l. ſi tibi decem §. ſi pactus. colum. 2. ff. de pact. Gloſ. Aretin. & alii in §. ſi. inſtit. quib. ex cauſ. manum. non lice. Dec. conſi. 126. uiſo. nu. 6. Tiraquel. de ll. counubial. par. 9. glo. . nu. 43. & ſeq. Syl. nupt. lib. 6. nu. 6.

1258 *L. Pecunia. C. de priuil. fiſc.*

Fiſcus poteſt reuocare pecuniam alii creditori poſteriori ſolutam, etiam bona fide cõſumptam. Idẽ probatur in l. deferre. §. ult. ff. de iur. fiſci.
Quid in alio quocunque priore creditore, cui priuilegium iure competit prælationis.
Et quid in alio priore creditore habente priorem hypothecam, non tamen prælationis priuilegium.
Et quid in ſecundo creditore ex cauſa oneroſa, qui pecuniam ſibi ſolutam bona fide conſumpſit; poſt Gloſ. hic adde Afflict. deciſ. 190. Pariſ. conſi. 69. lib. 4. plene Didac. pract. 99. c. 29. Benuen. Stracc. tract. de mercat. tit. de decoct. part. ult. nu. 30. & ſeq. nouiſſime Menoch. conſi. 25. Cæſaris. num. 17. & per totum.

1259 *L. Si pater. quæ eſt. l. fin. C. de contrah. iud. tute.*

Succeſſio non confundit actionem niſi pro ea parte, pro qua quis ſuccedit. Et no. hic, quod poteſt quis eſſe tutor. ſui priuigni.
Vide Alex. conſi. 66. An autem poſſit educari priui

gnus apud vitricum; dic quod non gl.in l.1. C.ubi pupill.educ.debe.Ruyn.conſi.87.vol.5.

1260 *L.Legatum.C.de condit.inſert.*

Conditio ſi deficit per caſum fortuitum, contingentem in perſona eius, in cuius perſona debet impleri; deficit legatum..

Pro intell.& rationeſhuius poſt ſcribentes hic & in l.1.C.de inſtit.& ſubſtit.in not.9.uide Rot.deciſ. 293.Not.quod ubi beneficia ant.fin.in antiquis.Cagnol.in repet.l.diem functo,nu.81.ff.de offic.aſſeſſo. & ibi Alc.nu.26.

2261 *L.Sciendum.quæ eſt.l.fin.ff.fini.regun.*

An iſte tex.ſit intelligendus ſolum,ubi ædificatur iuxta prædium ruſticum;an etiam ubi ędificatur iuxta prædium urbanum;& anſſeruetur de conſuetudine.Corn.conſi.282.in hac conſultatione.vol.4.Bellon.conſ.61.nu.3.Cæpoll.de ſeruit.ruſt.prædi.c.40. nu.2.Natt.Aſten.conſi.277.uol.2.

Ad hunc tex in fin.ibi.Alias autem arbores quinque pedes.Hanc expoſitionem reprobat Alci. lib.diſpũc.2.cap.6.defendit contra eum Ant.Auguſt.lib. 2.emenda.c.vlt.

1262 *L.Græce.§.illud.ff.de fideiuß.*

Fideiuſſor non poteſt obligari in cauſam grauiorem,quàm principalis;ſed in non grauiorem ſic.Vide Coras.in l.1.§.ſi ſtipulanti.nume. 17. de verbo. oblig.Crem.ſing.42.Mantu.ſingu.537.Socyn.regula.146.

Adde quod licet fideiuſſor in nihilo teneatur,ubi obligat ſe in plus quam principalis ut hic, & in l. is

qui

qui acceſſionis. eo.tit.tamen ſi obligat ſe cum iuramento,tenebitur,in eo, in quo tenetur principalis reiecto eo quod plus eſt,quia propter iuramentum videtur ſe obligare omni meliori modo.Bart.in l.ſi quis pro eo,8.membr.hoc eo.tit.Natt.conſi.453.placet.nu.15.uol.2.in materia Herculan.tract.de caut. de non offenden.c.24.nu.1.& 2.

1263 *L.ſtipulatio.quæ eſt l.1.§. ſi quis ita. ff. de verb.oblig.*

Sufficit quoad obligationem inducendam conſenſum colligi ex verbis,per interpretationem,ſecus ſi ex ſignis & actibus colligitur.

Poſt Bart.hic & in l.Gerit.col.3,ff.de acquir.hæred.uide Voert.Zuccar.in rubr.C.de pact.nu.42.Mathesil.not.27.incipi.nota quod ſi promitto.latiſſime hic Soc.iun.in repetit.

1264 *L.Pat er filiam.§.fin.ad leg.falcid.*

Si unus pluribus ſubſtitutus vtrique directo ſuccedit,contributio locum habet,ſecus ſi vni directo,alteri per conſequentiam.

Vide Fab.Acorambo.in l.hæredes mei.§.cum ita ff.ad Trebell.nu.66.& ibi nouiſſime Zanch. in repetit.nu.590.922.& 924.

1265 L.*Si quis.quę eſt l.unic.C.ſi quis imper.maledix.*

Vide modern. Genuen.in repet.l.Diffamari. C. de ingen.& manum.fol.6.nu.29.Menoch.tract.de arbitr.iud.lib.2.centu.4.caſ.377.nu.8.

1266 *L.nam poſtea.§.ſi is,qui.ff.*de iureiuran.

Iuramentum habet uim litis conteſtationis , & per-

perpetuat actum ſicuti per litis conteſtationem perpetuatur.

V.de Bart.& alios hic.Fely.in c.fin. nume.7.verſ. limita ſecundo extr.de præſcript.Crauet. conſ. 71. num.2.Gozadin in repet.l.1.numer,79.& ſeq.C.de pact.inter empt.& vendit.Socin.iun.conſ.145.num. 60.& 63.volu.1.Auguſt Bero,conſ.85.num.8.volu. 3.vbi declarat hunc textum non habere locum in iuramento voluntario ſeu confirm.vel oblig. quod cõmuniter in inſtrumẽtis apponi ſolet;ſed tantum in iuramento iudiciali,quod à parte defertur parti ad deciſionem litis,idem tenet Roderic.zuares. in leg. poſt rem.ff.de re iudica.in 2.not.verſ. conſidera ultimo.Couar.lib.1.uaria.reſolut.cap 7.nu.7.

Sed contrarium uidetur ſentire Gozadin,Felyn. Crauet.& Socin.iunio. vbi ſupra.Cephal.conſ.439. num.28.volu.3.quod procedat iſte tex.etiam in iuramento confirm.Anto.de Petr.in reper.l.1. nume. 228.ff.de iureiuran.ubi dicit ita tenere Doct. communiter in l.naturaliter ff.de vſucapio. Marſil.ſing. 141.cum concordantibus per eum Rolan.à Vall. conſ.35.num.19 & 30 volum.2.Caſſan.ſuper conſue. Burgund.rubr.13.§ 8.numero.2.Bru.conſ.38.num. 20.Iaſ.hic nu 4.verſ.ſecundo nota.vbi de communi teſtatur.

Tu aduerte,quod fere omnes loquuntur in iuramento iudiciali vel extraiudiciali ſecundum tamen formam traditã,Bart.in.l.2.in fin ſupra eod.titul.& prout exemplificat etiam hic in fin. num.6.Quando ſcilicet á parte parti defertur iuramentũ.ita in ſpecie loquitur Anto.de Petr.in repet.dictæ. l. 1. ſuprà eod.in 22.effectu a numero 221.uſque ad nu.229.

Limit.hoc in iure redimendi , quod expirat triginta annorum,curſu etiam ſi pactum perpetuo reuendendi iuratum fuerit Iaſ. in l. ſi mater.in fi.C.de inſtit.& ſubſtit.refert & ſequitur Caſſan.ſuper conſuetud.

Digitized by Google

ſuetud.Burgund.rubr.5.§ primo.numero.9. quo Iſ te Doct.in dicta leg.prima. Cod.depact.interempt. & vendit.

1267 L.*Interdum.ff.de public.iudic.*

Pendente iudicio ſuper actione ciuili, non poteſt opponi accuſatio criminalis ſuper eo crimine.

Vide Docto.in repetit.l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquiren.poſſeſ.vbi Socin.ſeni.num.20. Iaſo.101.Claud. Marmer.147. Horm. Det.62.rubr. 268.Fernan.cap.3.numer.7.Soci.iun.317.Sed licet, Bart.&Docto.ita intelligant hunc tex.Aliter tamē, eum declarat.Fab. Acoramb.in repet.dictæ.l.naturaliter.§. nihil commune.ff.de acquir.poſſeſ.nume. 106.vbi quod id,quod hic dicitur, quod in publico iudicio fit præiudicium per actionem ciuilem,non intelligitur.quod poſt intentatum iudicium ciuile non poſſit intentari criminale vel contra.ut glo.hic ſentit,ſed ſolum quod fit præiudicium ex eo, quia ſententia lata in cauſa ciuili, declarat & demonſtrat quid determinabiturin cauſa criminali.vt ibi latius per eum.

Sed aliter declarat Purpurat.in repet.l.edita nu. 157.C.de eden.Vide Menoch.de adipiſc.poſſeſ. remed.3.num.520. Alex.Rauden.in 2.par.append.ad lib.1.de Analog.nu.12

1268 L.*Oratio.ff.de ſponſal.*

Prohibito uno cenſetur prohibitum omne illud per quod peruenitur ad illud.c. cum quid prohibetur vbi Dyn.de reg.iur.in ſexto.

Fallit.hęc regula,vbi eſt diuerſa ratio.Bald.& Salycet.in l.1.C.ſi rector Prouinciæ.Alex,conſ.194. nu.

nu.14. vol.2. Fallit in his, quę facti ſunt: vt not. & declarat Bologn. in repet. l.1. §. ſi vir vxori. nu. 59. ff. de acquir. poſſ.

Fallit in pœnis Iaſ. ad l.2. col.fi. ff. de iuriſd. omn. iudi. Dec. ad ca. nam concupiſcentiam de conſtit. nu. 4. lect. 2. Hieron. Gabriel. conſ. 18. edictum. nume, 4. Hippol. Rimi. conſ. 72. illuſtris. num. 42. uol. 1. Alex. dicto conſ. 184. num. 15. vol. 2.

Plene regulam cum plur. limit. declarat Maſcard. de probat. uol. 1. concl. 102.

1269 *L. Quod principi. ff. de lega. 2.*

Relictum ſub nomine dignitatis trāſit ad ſucceeſſorem in dignitate, ſi dignitatem quis habeat per ſe ſecus ſi per conſequentiam alterius.

Quomodo hoc intelligatur, vid. per Io. in repet. l. neceſſarios. §. non alias. ff. ad Syllan. nu. 404, 408. & ſeq. Didac. in repet, c. requiſiti. nu. 4. extr. de teſtam.

1270 *L. Seruos. C. ad l. Iul. de ui. public.*

Serui committentes delictum iuſſu & hortatu domini, mitius puniſitur, & viles perſonæ, quæ bis aut, ſæpius violentiam commiſerunt, atrocius puniſitur. Vide Dec. conſ. 535. requiſitus. nu. 3. & ſeq. Menoch. de arbitr. iudi. lib. 2. centu. 4. Iaſ. conſ. 354. num. 17. Quomodo procedat. Petr. Ant. Ang. in mate. crimi. conſ. 18. leges, nu. 7.

1271 *L. Quamuis. quæ. eſt. lex. 2. C. de edict. Diu. Adr. tollen.*

Vitium teſtamenti inuiſibile non impedit hæredē mitti in poſſeſſionem. Pro intel. uide zuccar. in l. fi. infra eod. tit. nu. 381. Menoch. de apiſcen. poſſeſſ. remed. 4. nu. 731.

L. Nemo.

1272 *L. Nemo. C. de ſentent.*

Legibus non exemplis iudicandum eſt.

Limit. in exemplis Dei. arg. c. Deus omnipotens. 2. q. 1. Itẽ in exemplis veteris teſtamenti. c. qualiter & quand. de accuſat. Abb. in c. afferte. de præſumpt.

Item quando ſunt inſerta in corpore iuris. l. 1. cũ glo. 2. C. quomod. & quand.

Item quando reſcripta atteſtantur ius commune. Bar. in d. l. 1. C. quomod. & quand.

Item quando exemplis non iudicatur, ſed exemplis veritas comprobatur. l. 1. §. caſum. ff. de poſtul. Bart. hic.

Item in principe, vt in gloſ. fin

Item niſi ſint tot exempla, vt conſuetudinem inducant vt per gloſ. fin. hic. Tribus aliis modis limit. Socin. in reg. 225. legibus. Et an & quando exemplis ſit iudicandũ vid. Fely, remiſſiuè in c. 2. in prin. de præſumpt. Iac. Nouel. reg. 21. vbi limit. ſeptem modis.

1273 *L. Poſtulante. §. ſed & in huiuſmodi. ff. ad Trebell.*

Actiones quæ quæruntur ex prouiſione defuncti veniũt in reſtitutionem. ad illud depenſionibus vide late per Mandel. conſ. 79. proponitur. per totum. Ad verſ. ſane. vbi quod in reſtitutione fideicommiſſi non veniunt fructus; de quibus intelligendum ſit Rip. ad l. Centurio. nume. 39. & ſeq. ff. de vulga. & late in l. in fideicommiſſi. num. 4. & ſeq. hoc eod. tit. poſui latius ad l. Iubemus. C. ad trebel. ſub. nu. 319.

1274 *L. Palam. in princ. ff. de rit. nupti.*

Queſtum facere palam dicitur illa, quæ ſine, diſtinctione perſonarum ſe proſtituit, & in infamia notatur etiam illa, quæ iam fecit, licet, modo

Digitized by Google

modo facere deſierit, nec prætextu paupertatis excuſatur.

Add. quod meretrix non poteſt eſſe teſtis in criminalibus. Speculat. in titu. de teſti. §. 1. in fin. Alex. conſ. 11. lib. 1. Didac. de teſta. p. 2. c. 8. §. 11. nu. 4.

1275 *L. In teſtimonium. ff. de teſtib.*

Accuſatus de publico iudicio & minor viginti annis non admittitur ad teſtificandum.

Vide Crot, tract. de teſtib. nu. 70. latè Alex. conſi. 64. per totum. vol. 1.

Limit. in ſubſidium, quando per alios probari nō, poteſt. & idem in fœmina. Ale. conſil. 24. animaduertis. col. 4. vol, 2. Io. Andre. in addit. Speculat. in titu. de inſtit. §. 1. num. 34.

In pupil. Clar. pract. crimin. §. fi. q. 24. verſ. uidi quinque. In minore. Alex. conſ, 64. difficultas nu. 4. uol. 1. Campeg. reg. 112. Io. Crot. trac. 3. par. nu. 70. cū. ſeq.

1276 *L. Generali. C. de tabula. lib.* 10.

Seruus non poteſt eſſe tabellio, & ſi dominus eum tale officium aſſumere cogeret, parti ad intereſſe teneretur, ſeruus vero fuſtigabitur.

Ad gloſa. magnam poſt medium, vbi enumerat, ea quæ requiruntur in inſtrumento publico, ad hoc ut fidem faciat.

Add. quod hæc eadem requiruntur in prothocollo & abbreuiatura notarij, ad hoc vt fidem faciant. Bal. in rubr. de fid. inſtru. nu. 21. Bar. in l. ſi quis ex argētarijs. 5. initium. ff. de eden. Guid. Pap. deci. 19. Valentinus. in mat. late Menoch. conſ. 42. Iuris per totum. & in tract, de arbitr. iudi. li. 2. centu. 2. caſ. 187.

1277 §. *Nos autem. in Auth. de Tabellio.*

Ad gloſ. in verſ. ipſis. quod viuente notario, qui fecit

citinſtrumentum, non poteſt ex prothocolo ipſius, viuentis alter Notarius reaſſumere publicum inſtrumentum; vide Abb. in c. cum P. in princ. extr. de fid. inſtrum. Felyn. in c. inter dilectos. nu. 25. & ſeq. eod. tit. afflict. deciſ. 6. quidam notarius. vbi etiam enumerat requiſita in reaſſumptione inſtrumenti.

278 *L. Scimus. §. cum autem quis. C. de inoffic. teſtam.*

Cõditio incerta fideicommiſſo vniuerſali filio relicto vſque ad legitimam remouetur, ſed ab inde infra conditio expectatur.

Res, huic tex. Bart. in l. ſi pater. C. de inſtit. & ſubſtit. num. 2. tenet, quod ſint correcta iura. quæ dicebant non valere teſtamentum, in quo filius erat ſub conditione inſtitutus. Quia imò valet, vt hic iure, nouiſſimo, & conditio reiicitur vſque ad legitimam. Et cum Bart. ibi tenet, & dicit, quod totus mundus, ſequitur & in practica obſeruat, Corn. conſi. 114. in hac. uol. 4.

Sed in contrarium eſt veritas quia imo de iure nouiſſimo iſte §. hodie non habet locum per text. in §. alind quoque capitulum in auth. vt cum de appel. cognoſc. & ita pro comm. contra Bart. ibi tradit Soc. Antiq. conſ. 97. præſens. volu. 3. Guid. Pap. conſ. 93 vbi diſtinguit varia tempora.

Add. Bened. de Plumbi. in l. ſi pater filium. nume. 10. C. de inſtit. & ſubſtit. In mat. ad h. l. vide Thiber. Decia. conſ. 80. per tot. vol. 2.

1279 *L. Apud Iulianum. §. idem Iul. ff. ad trebel.*

Ad confirmationẽ tacitæ vulgaris requiritur aditio ex teſtamẽto paterno. Pro intel. huius text. vide Iaſ. poſt Bar. hic Ale. in l. 1. de vul. & pup. 9 q. princi. Bart. 2. offic. nume. 31. Coraſ. in l. cũ virũ, nu. 98. C. de fidei-

Digitized by Google

fideicommiſſis Bart.in l.pro hærede.§. Papinianus nu 7.de acquir.

Ad glo.fi.adde Alex.in l.ſi teſtamento. de vulga. & pup.Dec.in rubr.C.quan.non pet. par.nu.15.

1280 *L.Annua.in princ.ff.de annu.lega.*

Conditio ſi deficiat per mortem eius,in cuius perſonam confertur,non extinguitur legatum.

Pro intel.huius tex.poſt ſcribentes hic & in l. 1. C.de inſtit.& ſubſt ubi Iaſ.col.antepen.ad fi.& ſeq. & Dec.col.pen.in prin.Præpoſ.Sen.in ſuis quæſt. 9. caſ.49.col.2.& fin. Et pro intel.Fulgoſ.53. quod hic non defecit conditio, ſed impleta fuit,vltra alios, tex.in l.illis libertis.ante fin ff.de condit.& demon. ibi defeciſſe non videri. Et in hac met lege ibi,an defeciſſe.& in fi.ibi,deberi.vid.Dec.cõſ.337. caſus,

1281 *L.Cum conuenit.quæ eſt.l.2.C.de peric. & commo.rei uendit.*

Vinum cum venditur admenſuram antequam mẽſuretur,periculum mutati vini pertinet ad venditorem.ſed ſi vt certum corpus uenditur, ſtatim periculum eſt emptoris.

In materia ac pro declaratione & intel. ad hunc tex.vbi à contrario ſenſu ſumit.Paul.de Caſtr. not. uide plene per Dec.conſil. 179. viſo eleganti nume. 1.& 2.poſt Ang.& Corn.vbi ibi Curt.iun.conſil.76. qoſt expeditum.nu.9.in materia uide Afflict. deciſ. 280.reg.159.

1282 *L.Omnibus.quæ eſt.l. unic.ff.ſi quis iuſdicen.non obtempera.*

Omnes iudices poſſunt inobedientes punire, ut hic declarat Alcia.lib.ſecun.paradox,capit.15;Zaſ.

lib.

lib.1,intell.c.2.Io.Iuuen.ad l.imperium.ff.de iuriſ. omni.iudic.num.22.& ibi longoual. nu.82. Claud. cantiun. l.tract.de offic.iudi.lib.2.cap.3.num.10.2. vol.tract.Menoch.de retinen.poſſeſ.remed.1.nu.82.

1283 *L.Cum controuerſia.quæ eſt l.fin. §.fin.ff. manda.*

Mandatum poteſt impleri per æquipollens. ita glo.& doctores intelligunt hunc tex. Vide Bart. & alios in l.Gallus.§.& quid ſi tantum. ff. de liber.& poſthu.qui tex.ita intellectus eſt contra.l. diligenter.hoc eod.tit.& quæ Hippol late no.265.fines.

Vnde ego puto ultra omnes,hunc textum ad finaliter debere intelligi,non de primo mandante Lucio quod teneatur Sempronio,prout gloſ.& omnes intelligunt;ſed de Seio mandatario,quod teneatur uel vno modo ipſi lucio mandanti,cuius mandatum non impleuit,ut ſuſcepit iuxta dictam.l.diligenter. in prin.vel quod teneatur ſcilicet ipſi creditori,qui eius mandato credidit pecuniam ſecundum regulas generales,& ita erit planus & uerus intellectus uide nouiſſimè etiam Soc.iun.qui tangit aliqualiter in dicto.§.& quid ſi tantum.nu.46.Crot.58.Pariſ.79.

1284 *L.Si poſt mortem.§.fin.ff.de bon.poß.contabul.*

Beneficio,mihi competenti ex iure alterius,poſſum uti contra alium.

Quomodo hoc intelligatur,quod inſtituto competat bono.poſſeſ.contra.tabul.beneficio præteriti, & cur non etiam querela beneficio exhæredati, uide nouiter per Alci.lib.paradox.4.cap. 11. Gozadin.ad l.qui ſe patris. C.und.liber.nume.154.Dyn. conſi,11,nume.10.

Digitized b

1285 *L. A marito. C. de donat. inter vir. & vxor.*

Rei donatæ inter coniuges dominium non tranſfertur, nec confirmatur donatio ſi diuortium ſequatur, uel donotarius præmoriatur, vel ſit expreſſe reuocata.

Vide Dec.conſi.240.& 536.ubi ampl. dato quod interuenerit iuramentum.

Sed contrarium conſuluit Crauett.in conſi.102. uide ibi Cephal.conſi.61.nu.49.

1286 *L. Si depoſita. quæ eſt l.4 C. de depoſito.*

Lata diffinitiua officium iudicis conquieſcit in acceſſorijs.

Quod procedat in dote, quando maritus recepit ſortem principalem. ut non poſſit petere. alimenta dotis, Bald.in l.fin.§.præterea.C.de iur. dot. ſequens opin.Petr.nu.7.Alc.l.ſi marito.§.fin.ff.ſolut. matrimo.Alciat.de præſumpt.132.

Contrarium tamen poſt Rom.in dicta l.ſi marito. §.fin,nu.31.ut procedat ſolum in intereſſe & uxor. odios.in quibus agitur de lucro, & quando eſt lata ſententia, & intereſſe nulla eſt facta mentio. Et quod ceſſet in dote. Et quare tam ſi exigatur dos a muliere quam a viro; Cephal.late conſi.485.nu.118. cum ſeq.uol.4.

1287 *L. Sed ex dolo.§.1.ff.de dolo.*

Vniuerſitas non obligatur ex delicto particularium Iſta eſt communis ſententia Doctorum in l.Ciuitas. ff.ſi cert.pe.ubi Iaſ.nume.3.infert ad multas qq. Vide Roma.conſ.40.in princ.Crauett.conſi.21.num.8.

Lim.

Digitized by Google

Lim. in delicto in omittendo. Alc. Zaſ. & Moder. in dicta l. Ciuitas. Capic. deciſ. 170. nu. 3. & 70. Fel. in c. cum dilectus. col. fi. extr. de ſimon.

Intellige tamen ut hoc caſu leuius puniatur: Grã mat. deciſ. 47.

Lim. quando eſt commiſſum delictum deliberato propoſito Bar. l. aut facta. §. fi. nu. 9. ff. de pœn. Doct. in dicta. l. Ciuitas.

Limit. quando Ciuitas ratificauit. Bart. dicta. l. aut facta. numero. 10. Iaſ. dicta l. Ciuitas numero 2. 3. Afflict. deciſ. 376. Pariſ. conſi. 20. numero 30 lib. 4.

Sublim. ſupradictas limitationes, quando Vniuerſitas fecit metu vel ui . . . in illa Ciuitate, uel. alterius hominis petentis. Senſit Alciat. in dicta. l. Ciuitas & Clar. ibidem Moder, Bono. nume. 37. Ego ultra alios allego l. Diuus. ff. de ſicar. In argu. 3. vide Crauet. conſi. 6. nume. 28. in terminis in crimi. læſ. maieſt. de Duce Grauinæ Ruyn. conſi. 25, lib. ſecun- refert Gig. tract. de crimin. læſ. maieſta. lib. primo cap. 62.

1288 *L. Labeo ait. quæ eſt. l. 3. §. tametſi. ff. de arbitr.*

Arbitrium ſuſcipere nemo cogitur ab initio.

Fallit in coniunctis alicui de partibus, qui cogitur. l. 1. §. quamuis, ubi Bal. ff. ubi pupil. educa. debe. Cremen. no. 58.

Fallit, quando quis uidet ſuo arbitrio poſſe partes concordare. gl. in can. ſicut. 11. q. 3.

Fallit in arbitrio neceſſario qui cogitur.

Quid in peritis in arte an cogantur acceptare arbitrium. Quod non Felyn. in cap. pro poſſeſ. col. 3.

de probat. niſi aliter veritas haberi non poſſit. Fe-ly.ibi.

Quid in Doctore & aduocato. Quod cogãtur. Bar. l.2.C.de prox.ſacr.ſcrin.lib.12.

Quid in executore teſtamentario.cogitur ſuſcipere & mandare executori.c.Ioannes.extr.de teſtã. Bar.l.1.nu.6.de lega.2.

1289 *L.Miles.§.decem.ff.de re iudica.*

Si unum eſt in obligatione aliud in ſolutione, illud petitur, quod eſt in obligatione. Sed ſi vtrumq; eſt in obligatione, & utrumq; peti poteſt.

Pro declar. & intell.ad hunc text. vide Docto.in rubr.ff.de uerb.oblig.vbi Iaſ.la tè. Alciat.col.fin. in fin.Crot.nu.2.in prima lectu.Iaco.de Nigr. nu.132. & ſeq.Soci.iun.356.& ſeq.Pariſ.72.

1290 *L.Licet.ff.de poſiti.*

1488 *L. Scire etiam oportet. §. ſufficit. ff. de excuſ. tut.*

Vide Dec. in l. illam. C. de collat. Marſi. in rubri. C. de probat. nu. 177. & ſeq. Rimin. iun. conſi. 5. nu. 201. & ſeq. uol. 1.

1489 *L. Is cui ff. de actio. & obligat.*

Creditor conditionalis non eſt propriè creditor.

Qualiter intelligatur hic tex. declarant Doct. in l. 1. ff. ſi cert. pet. Thobi. Noni. inſti. de oblig. in prin. nu. 48. ad fi. verſ. hoc obſt. & in verſ. ſub conditione. nu. 5. inſtit. de verb. oblig.

Ad glo. in ver. creditorem. in fin. vbi vult, quod legatum ſingulare factum ſub conditione, tranſmittatur ad liberos. Dic quod hæc glo. communiter reprobatur. Iaſ. in l. 1. nu. 92. ff. de leg. 1. & ibi Rip. nu. 36. & idem Rip. in l. hæredes mei. §. cum ita. nu. 35. & 60. ff. ad trebell. poſt Socy. ibi & Alex. in l. cum ex filio. nu. 4. ff. de vulg. & pupill.

1490 *L. Potior in prin. ff. qui poti. in pign. habea.*

Obligatio conditionalis ſi purificetur, non retrotrahitur, ſi fuerit conditio poteſtatiua, ſecus ſi caſualis. & prior in tempore potior in iure.

Vide Bar. in l. ſi is qui pro emptore. nu. 46. & ibi Iaſ. nu. 311. ff. de vſucapio. Cott. in memor. in verſic. creditor prior. Cæpol. cautel. 124. Pancirol. conſi. 139. nume. 9. plene Maſcard. de probat. vol. 3. concluſ. 1248.

1491 *L. Naturalem. §. fin. in fin. ff. de acqui. rer. domi.*

Capta ab hoſtibus iure gentium ſtatim capientium fiunt.

Ampl. per tex. in l. trãsfugam. ff. de acquir. rer. domi. & per tex. in l. fin. C. ad leg. Iul. pecul. & uide Doct. in l. 1. ff. de acquir. poſſeſſ.

Limit. quando ſimul ſunt reducta inter præſidia ipſo-

ipſorum.l.poſtliminium in princ.ff.de capti.Rip.in dicta l.1.& habet locum inter homines & circa res. in §.item ea,inſtit.de rer.diuis.& quantum ad homines pertinet,vide Bart.in l.hoſtes.in fin,ff.de capt. & poſtlim.reuers.Aretin.in §.ſeruiatur.nu.6.& 7.inſtit.de iur.perſon.

An autem poſtea capta debeant præſentari duci belli,poſt Rip.& alios in dicta l.1.de acqui.poſſeſ.beſti.vt per Calder.conſi.1.col.2.de pact.& & melius per Falci.in l.ab hoſtibus.la 2. C.de captiu. & poſtlim.in l.oblig.nu.17.ff.de pignor.Rimin.iun.inſtit.de obliga.§.1,nu.433.& ſeq.

1492 *L.Si Titio.§.Iulianus.ff.de leg.2.*

Portio deficiens accreſcit cum onere etiam ſuccedentibus ab inteſtato.

Pro intell.ad hunc tex.Bald.conſi.379.num.1.in fin.vol.4.Poly.tract.ſubſtit.tit.de uulg.uer. ſecundo quæro.nu.6.Mantic.de coniect.ult.uolunt.lib.4. tit.10.nu.3.

1493 *L.Cum ex oratione.§.fin.ff.de excuſ.tut.*

Libertus ſenatoris ipſius negocia gerens excuſatur ab aliorum tutela,niſi ius aureorum anulorum fuerit conſequutus.

Vide Doct.in l.1.ff.de lega.1.vbi Alex.nu.9. Socin.iun.nu.39.qui poſt Bald.in l.quod fauore. probat ſolutionem gloſ.hic in ver.impetrauit. quam tamē reprobat Niger.nu.11.poſt Aret.in l.quidā cum filiū.de ver.ob.Doct.in l.ſi Ruphinus.C.de milit. teſtā. Tu dic rōnem eſſe,quia cum conſequatur ius ingenuitatis,amittit naturam & qualitatem illā libertinitatis,propter quam prius priuilegium competebat,

Digitized by Google

bat, quia ſimul ſtare non poteſt, quod ſit ingenuus & libertus, ut latius dixi profitendo in dicta l. 1. ff. de lega. 1.

1494 *L. Cum pater. §. hereditatē filius. ff. de leg. 2.*

Mutatione ſtatus nō perditur ius eligēdi, & mors ciuilis non facit conditionem exiſtere; ſed mors naturalis ſic.

Pro declaratione ad hunc tex. quod & ſi mutatio ſtatus, quæ deportatione contingit, non perimat facultatem eligendi à teſtatore datam; tamen donec durat, impedit. Purpurat. conſ. 311. conſultus. num. 8. lib. 1. Pro intell, idem Purpurat. conſ. 402. in hac. nume. 100.

1495 *§. Si qui filiabus. qui eſt fin. inſtit. qui, teſt. tut. dar. poß.*

Tutor datus filiabus vel filiis etiam filiæ ſine filio poſthumis non nepoti aut nepti datus intelligitur. Datus uero liberis etiā nepotibus poſthumis datur.

Pro intell. Bello, lib. 2. ſupp. cap. 12. Quid in fidei commiſſo & ſubſtitutione? Alex. conſ. 37. viſo themate. lib. 6. Purpurat. conſi. 311. nu. 9. lib. 1.

1496 *L. Vxorem. §. ſcęuola. ff. de lega. 3.*

Rogatus reſtituere cum uolet, poſt mortem rogatus uidetur.

Addo Rom. conſi. 431. & ibi additio ad eum.

Ampl. hic tex. tribus modis. 1. ſi dictum fuerit, cū luerit extraneus.

Secundo ſi hæres declaraſſet ſe nolle.

Tertio ꝓcedat in leg. Bar. Ale. & alii in l. 1. de uo leg. 2. Declara habere locū in ultimis volūtatib. non in ſcōia. Menoch. tract. de arbitr. iud. q. 69. ad fin.

L. Non

1497 *L. Non epiſtolis. C. de probat.*

Conſanguinitas non inducitur nec probatur per literas aſſertorias conſanguinitatis, ſi ſimpliciter propter aliud ſunt emiſſæ.

Vide Tiraquel. de vtroque retract. tit. 1. § 1. gloſ. 9. nu. 270. Pancirol. conſi. 189. nu. 14.

1498 *L. Si quis famoſum quæ eſt l. unic. C. de famo. libel.*

Qui famoſum carmen de aliquo inuenerit, illud pādere non debet, alias punitur pœna capitali, niſi docuerit vera eſſe, quæ dixit uel pandit.
Vide Iul. Clar. practi. crimi. 9 68. ver. libelli famoſi author. latiſſime in materia. ad hunc text. & quando eius diſpoſitio ceſſet; Cephal. conſi. 341. arbitror. nu. 24. & ſeq. & nu. 48. 49. & per tot. uol. 3. Bertaz. conſi. 265. uol. 2. Burſat. conſi. 94. in facti. uol. 1. Io. Bapt. Pio. inter cōſi. crimi. diuerſ. cōſi. 13 1. uol. 1. Didac. lib. 1. uariar. reſolu. c. 11. nu. 6. uerſ. ſecundo.

1499 *L. Paulus reſpondit. quę eſt. l. fin. ff. de reb. eor.*

Teſtamentum irritum probat voluntatem teſtatoris. Vide Balb. deciſ. 502. iaſ. conſ. 8. uol. 3. Grauett. conſi. 113. in fin. Curt. iun. con ſi. 72. nu. 6. Declarat Franc. Mantic. de coniect. ult. uolunt. lib. 2, titu. 13. nu. 2. & lib. 3 tit. 20, nu. 5.

1500 *L. Pecoris. ff. de ſeruit. ruſtic. prędio.*

Seruitus pecoris paſcendi & ad aquam appellendi, eſt prædialis, & poteſt finiri cum perſona, hoc

eſt

Digitized by Google

eſt actum. Vide pro intel. Menoch. de retinen. poſſeſſ. remed. 6. num. 32. Ceph. conſ. 491. nu. 26. uol. 4.

1501 *L. Cotem ferro. §. dominus ff. de public. & uectig.*

Pro illicitis mercibus bona transferentis non alterius publicatur. In materia uide omnino Rip. trac. de peſt. ſub titu. de remed. ad conſeru. ubert. nu. 132. & ſeq. Guid. pap. q. 572. cum aliis ibi relatis. Boer. deciſ. 178. nu. 28. Modern. Ancon. trac. de mercat. 4. p. nu. 28. mihi fol. 71.

1502 *L. Titiæ ſi non nupſerit. ff. de condit. & demonſtr.*

Allegans contraria non auditur. De hoc tex. late per Dec. in c. in præſentia. col. 32. numer. 65. verſ. ex prædictis. extr. de probatio. Didac. Couaru. lib. 1. variar. reſolut. cap. 19. nume. 9. Mantic. de coniect. ultim. volunt. lib. 11. titu. 18. nu. 19. & 32. ubi declarat. Menoch. conſ. 169. nu. 20. lib. 2.

1503 *L. Qui hæredi. §. cum hereditas. ff. de condi. & demonſtra.*

Conditio de dando hæredi in ipſius perſonam impletur non in fideicommiſſarii, & datum cauſa conditionis implendæ non venit in reſtitutionem.

Pro declaratione ad hunc tex. uide Cora. in l. cum virum. C. de fideicom. Manti. de coniect. ult. volunt. lib. 11. tit. 17. num. 27.

L. Suus.

Digitized by Google

1504 *L.Suus.§.puto.ff.de hæred.inſtit.*

Conditio dicitur poteſtatiua vel non ſecundũ id quod frequenter accidit.

Pro intell.ac declaratione ad hunc tex. vide Cagno.ad l.omnis diffinitio.num. 38.ff.de reg.iur. Mãtic.de coniect.vlt.volunt.lib.11.tit.17.nu.6.

1505 *L.Cum precibus,C.de rer.permut.*

Conditio ob cauſam vel actio præſcriptis verbis non datur contra ſingularem ſucceſſorem:quia perſonalis actio non ſequitur fundum.

Ad hunc tex.vide Docto.ad rubr.ff.de verbo.oblig.ubi Hier.Veri nu.288.Iaco.Nig.nume.138.poſt Soc.& Ruy.Torniel.numer.141.caballin.milleloq.349.num.2.

1506 *L.Cum ita.ff.de condit.& demonſtr.*

Pro declaratione ad hunc text.Bero.conſ.28. nũ. 31.uol.2.Pancirol.conſ.139.num.16. Mantic. de cõiectu.vlt.volunt.lib.14.tit.17.num.7.

1507 *L.Hæredem palam.§. in teſtamentis. ff. de teſtam.*

In teſtamento debent eſſe teſtes rogati.

Vide Modern.ab Aquila lib.1.com.opin. in verſ. teſtes tam in teſtamento.Iul.Clar.lib.3.ſenten.§.teſtamentum.q.58.Declarat.Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.2.tit.21.nnm.13.Crauett.conſ.117. nouiſſime poſt alios de quibus ibi Ioſeph.Ludouic.concluſ.93. vbi quædam in teſtamento nuncupat. inter liberos,ad pias cauſas,militari, & ſimilib. Teſtes in teſta-

teſtamento togatos eſſe debere,& quando id præſumatur,plene Maſcard.dicto tract.de probat.uolu.3. concl.1354.in verb.teſtes in teſtamento.

1508 *L.Titius.in princ.ff.de liber.& poſthu.*

Exhæredans filios uidetur nominatim exhæredare;nec videtur quis exheredare filios, quos ignorat, ſe habere. Vid.Ruy.conſ.110.ſatis.nu.4.& 11.uol.3.

Ad glo.hic verſ.oportere,quod inſtitutio filiorũ facta ſimpliciter ad filium,quem teſtator ſe habere, ignorauit,non extendatur ſequitur Bart.in l.Si quis ita.numer.3.ff.de teſta.tut.& alij,quos congerit hic. Alex.& in l.ſicut certi.nu.3.C.de teſtam.milit.ubi dicit comm.Iaſ.hic num.19.latiſſime. Mantic. de cõiect.vlt.volunt.lib.4.tit.2.

1509 *L.Res in dotem.ff.de iur.doti.*

Dos ſoluta in pecunia numerata, in pecunia numerata reſtitui debet Corn.conſ.15.nume.5.lib.3.& conſ.287.nu.18 & ſeq.lib.1.

Quid quando moneta variatur,in qua moneta fieri debeat reſtitutio;poſt Barto.hic Afflict.deciſ. 194. Natt.conſ.454.per tot.Boer.deciſ.327.Modern. Pariſien.tract.de uſur.num.331.& ſeq.Menoch. conſil. 143.nu.48.lib.1.Moder.Aſſiſien.concl.16 per tot.

1510 *L.Mulier.ff.qui poti.in pigno.habea.*

Poſſeſſor iuſtus habet ius offerendi priori creditori & cedẽdã actionẽ impetrandi.Add.quod licet agẽti rei uẽdicatione non poſſit fieri oblatio,de qua hic tñ quãdo datur utilis rei uẽdicatio in ſubſidium ratione vtilis dominii,ita debet concludi oblatio æſtimationis,ſicuti quando agitur hypothecaria. Auth.

con-

contra rogationem vbi Bald. C. ad Trebell. declarat not. Soc. conſ. 224. nu. 2. uol. 2.

1511 *L. Cancellauerat. ff. de his, quæ in teſt. delen.*

Cancellatio in dubio reſtringitur ad rationem ipſi cancellationi adiunctam. Poſt Bart. & Bald. hic idē Bart. in l. fin. eod. titu. Bald. in l. noſtram. num. 1. 2. & 3. C. de teſtam. & in l. ſi non ſortem §. adeo. num. 3. ff. de condi. indeb. Bart. in l. acta. num. 1. ff de re iudic. in materia Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 12. ti. 1. num. 29. & ſeq. Alex. conſ. 104. ſtantibus. per tot. lib. 7. Clar. libr. 3. recepta. ſentent. §. teſtamentum. q. 93. Bero. conſ. 1. nume. 37. lib. 2. Alex. conſ. 4. uol. 6. Rimin. iuni. conſ. 30. in cauſa. nume. 20. Pariſ conſ. 27. uol. 2. Marcus. Ant. Eugen. conſ. 59. num. 23. in materia cancellat. vide Maſcard. de probat. vol. 1. concluſ. 256. & ſeq.

1512 *§. Poſthumus. inſtit. de legat.*

Poſthumus alienus hæres inſtitui & antea poterat, & nunc poteſt, niſi in vtero eius ſit, quæ iure noſtro vxor eſſe non poteſt.

Vide pulchram repetit. Emanu. Coſt. ad hunc tex. Præpoſ. Senens. in ſuis quæſtio. 8, caſu. q. 1. col. pen. ante fin. & ſeq. AEmil. Perot. l. Gallus. in præfat. nu. 11. ff. de liber. & poſthum.

1513 *L. Si cum hermes. C. locat.*

Fideiubens in prima conductione, finito tempore non tenetur, licet is pro quo fideiuſſerit, de nouo reconduxerit.

Quod ꝓcedit in fideiuſſione facta ad tēpus, non in

facta

facta ſimpliciter & indefinite. Pariſ. conſ. 48. num. 14. & 15. & ſequen. volum. 1. Tiber. Decian. conſ. 72. nu. 40. uol. 2.

1514 *L. Titius. ff. ad Trebl.*

Rogatus reſtituere, quicquid ex hęreditate ſuperſuerit, poteſt bona fide diminuere. Et in dubio expenſa ab vtroque patrimonio, intelligitur etiam facta, pro rata. Vide in materia Gabriel. comm. concl. lib. 4. tit. ad Trebel. concl. 13. Tiber. Decia. conſi. 78. nu. 43. vol. 3. Ruy. conſ. 109. nume. 11. & conſ. 212. nu. 9. lib. 2. & conſi. 163. lib. 3. Menoch. conſ. 226. num. 27. lib. 3. Soci. conſi. 123. per totum. vol. 3. Hiero. Gabri. conſi. 99. lib. 2. num. 13. cum ſeq.

1515 *L. ſi te ſolum. ff. de hæred. inſtit.*

Si prima inſtitutio eſt plena, ſecunda in eodem teſtamento facta, nihil operatur. & idem ubi ſub pluribus conditionibus diſiunctiue relinquitur.

Pro intel. huius tex. Menoch. conſilio. 105. dubitatur numero 64. Tiber. Decian. conſilio 126. nume. 59. vol. 3.

1516 *L. Venditor. ff. de iudic.*

Venditor tenetur iura ſua deducere coram iudice coram quo fuit emptor primo loco citatus.

Qualiter hoc intelligatur. Thiber. Decia. conſilo 118. numero 26. vol. 3. Purpurat. conſ. 26. quæritur. nume. 4.

1517 *L. Celſus. quæ eſt. l. 1. ff. de reſcinden. uendi.*

Ab emptione facta cum filio ſolo ſuper re particulari

culari poteſt recedi etiã pacto inito cum ſolo patre. Qualiter intelligatur, Tiber. Decia. conſi. 11. nume. 26. vol. 1.

1518 *L. Non ſolum in prin. ff. de pecul.*

Quod ſeruus habet etiam ignorante domino, cõputatur in peculio ſi erat tale quid, quod ſi dominus ſciuiſſet, veriſimiliter dimiſiſſet apud eum.

Pro declar. in l. & quod non ita ſi maritus omnia bona vxoris tenuerit, & fructus perceperit, in eis dotem conſtituiſſe mulier credatur; Alex. conſil. 144. vol. 5. Pancirol. conſ, 133. vidua. nu. 7.

1519 *L. Ex qua perſona. ff. de reg. iur.*

Ex qua perſona quis lucrũ capit, eius factum præſtare debet. Poſt tradita hic per Dec. & alios, quod iste tex. non habeat locum, ubi teſtator tenebatur hæredi rem reſtituere, & eum fraudauit, Bal. in l. pater. nume. 9. C. de inoffic. donat. Pancirol. conſi. 112. nume. 19.

1520 *L. Teſtator. quæ eſt l. fin. §. filium. ff. de lega. 2.*

Pluribus poſt eorum mortem ſimul rogatis, uno mortuo, aliis ſuperſtitibus ſtatim competit fideicommiſſi petitio.

Declarat Bero. conſ. 68. num. 17. uol. 2. Mantic. de coniectu. ult. volũnt. lib. 11. tit. 5. numer. 26. Cephal. conſ, 166. num. 58, uol. 2.

L. Item

1521 *L. Item ſi precio. §. cum inſulam. ff. loca.*

Si loco opus ædificandum in ſolo meo de mater. conductoris, licet in me transferatur proprietas ſuæ materiæ, dicitur locatio.

Dic illud eſſe, quia opera principaliter locatur, da re autem venit in conſequentiam, cum ſcilicet in alieno ædificet. Declarat. Baldui. inſtit, locat. §. item quæritur in verb. placuit. Menoch. de retiuen. poſſeſ. remed. 4. num, 18.

1522 *L. Re contrahitur quod eſt princ. inſti. quib. mod. re contrah. oblig.*

Pro intel. ad hunc tex. vid. Zuccar. in repet. rubr. ff. ſi cert. pet. nu. 56.

Ad verſ. quandoque latiſſime Docto. ad leg. 2. ff. eod. Dec. ad cap. quoniam contra numero. 5. extra de probat. vbi declarat, qualiter accipiatur dictio, quandoque.

Ad hunc tex. vide Modern. Sabi. libr. 3. declarat. iur. ciuil. declarat, 95. Docto. hic præſertim. Thobi. Noni. nu. 31. & ſeq. ubi comprobat intel. Fulg. & Dec. in dicta. l. 2.

1523 *L. Mimæ. C. de Epiſco. aud.*

*M*imæ & meretrices non debent induere habitum mulierum dedicatarum: imo ſecundum Bald. & alios hic poſſunt cogi ferre habitum diuerſum & diſtinctum ab honeſtis mulieribus, & poſſunt expelli, a uicinia.

Iaſ. in l. iuſtitia. ff. de iuſti. & iur. Dec. in l. ſemper in contractibus. nu. 3. ff. de reg. iur,

L. Tales

1524 *L. Tales conditiones quæ eſt l. pe. reſp. ff. de condit. & demonſtr.*

Pro intel. ad hanc tex. & an in mortis cauſa cap. habeat locum ius accreſcendi. quod ſic Bart. in l. ſi mihi & Titio. ff. de verb. oblig. Contrarium verius putant Cuma. & Imol. ibi num. 1. in fin. Mathes. ſingu. 152. not. declar. nouiſſime Franc. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 1. tit. 14, nu. 3.

1525 *L. Qui res. §. arcam. ff. de ſolut.*

Res ſemel extincta amplius non reuiuiſcit.

Declar. hanc regulam non procedere. quando ſupereſt materia & forma: quia tunc res extincta ſublato impedimento, reuiuiſcit. glo. in l. qui vſumfructũ. vbi Ang. ff. de uerbo. oblig. Imol. in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. eod. tit quos ſequitur Soc. ſeni. conſ. 260. col. 6. verſ. præterea quando res. lib. 2. Bru. trac. de interemp. & perempt. conclu. 6. in tract. de refect. concluſ. vlti.

Declar. etiam hanc regulam non procedere quando agẽs vult. quod id, quod eſt extinctum, reuiuiſcat ut declarat Soc. vbi ſupra.

Præterea non procedit hęc regula ex æquitate ut declarat hic gloſ. in ver. in perpetuũ. in fi. quam ſequitur Bar. & cæteri, idẽ Bar. in l. debitori. ubi Dec. 2. not. in fi. C. de pact.

1526 *L. Cum teſtatorem. quæ eſt l. 1. C. de condit. inſer.*

Conditio, ſi deceſſerit ſine liberis, deficit vno nepote ex filia exiſtẽte hærede. Vt ꝓcedat ĩ mat. indifferẽti non in feudali Ceph. conſ. 559. nu. 30. lib. 4.

Digitized by Google

Pro intel.huius legis,& quo caſu procedat, & locum habeat, nouiſſime Franc.Vegi.conſ.65.viſo.nu. 88.& 91 Paul.de Mont.Pic.conſ.69.nu.21.In mate. Dec.conſ.15.Caſtrens.conſ.58.viſo.lib.1. & conſil. 410.Caſus.libr. 2. Guid.pap.conſ.485.latè Gabriel. lib.4.de ſubſtit.concl.2.

1527 *L.Vacuatio.C.de decurio.lib.10.*

Reſcripta immunitatem concedentia, nullius sũt, roboris,etiam ſi cõſenſu ciuium ſunt condonata.Anchar.conſ.260.col.1.&conſ.389.col.2. Alex. conſil. 101.col.3.uerſ.ſed prędictis.li.1.Dec.conſ.638. nu. 10.Rolan.conſ.5.nu.1.lib.1.

Quod tria requirantur,vt priuilegium immunitatis conceſſum valeat,nẽpe quod ſit conceſſum a principe ex iuſta cauſa & ad tempus Grat.conſ. 6. nu.7. lib.1.Pedemont.deciſ.95.nume.21.imò exigitur, ut habeat clauſulam,motu prprio Franc.Mar.deci.458. nu.1. imo requiritur etiam clauſula, non obſtante, Ruy.conſ.88.nu.6.lib.4. Quod non procedat diſpoſitio huius legis,quando immunitas conceſſa fuit ab eo, qui principis vice fungitur ex poteſtate ſibi demandata poſt gloſ. hic declarat Pariſ.dicto conſ.68. nu.2.& conſ.69.num.1.& 2.lib.1. Rolan. dicto conſ. 5.num.18.lib.1.

1528 *L.Vnum ex familia.§.ſed & ſi fundum ff. de lega.2.*

Eligens non poteſt electum grauare,ut alteri reſtituat,niſi ei tantundem relinquat.& tunc etiam poterit ab extraneo uendicari, ſi dominus fuerit ac extet de famil. Vi.Meno.conſ.85.propoſita.nu.56,li.1. Ceph.conſ.312.illuſtr.nu.134.& 137.uol.3. Declarat Mant.de coniec.ult.volunt.lib.8.ti.5.nu.19.

L.Im-

1529 *L.Imperator.ff.ad trebel.*

Pater diſſipans fideicommiſſum,cogitur filio exiſtenti in poteſtate reſtituere etiam ante conditionis euentum.

Qualiter procedat diſpoſitio huius legis. An requiratur dolus patris poſt alios,de quibus ibi plene Bertaz conſ.387.per tot. uol.3.ubi in addit. ad eũ, Ferret.in l.filium quem habentem .C. famil. erciſcun.num.56.

Ampl.hoc idem procedere etiam in extraneo rogato per fideicom. reſtituere alteri extraneo. Bero. conſ,92.per totum uol.2.Quicquid in contrarium, ſenſerit Bart.in l.fin.in princ.ff. vt lega. no.caue.idẽ Bero.q.92.num.2.& in fin.vbi ait,hanc legem procedere,ſiue fiat dilapidatio in totum,ſiue in parte.Cephal.conſ,112.num. 14.uol.1.

Ampl.hoc idem procedere quoad bona aduẽtitia filii ut patri alienãti interdicatur adminiſtratio. Caſtrens.hic nu.4.& alii omnes,& quod filius poſſit recuperare alienata per patrem,cum eſt conſequutus, ipſe adminiſtrationem;poſt alios,de quibus ibi,Pinel.in auth.niſi triennalis num.45.C.de bon. mater. & eſt tex.in l.fi.§. ipſum autem verſ.non autem ubi glo.in ver.laqueos.C,de bon,quę.li. Quicquid in cõtrarium ſenſerint Fabian.& Iaſ.ubi ibi per Pinel.

1530 *L.Annua.§.fin.ff.de annu.lega.*

Relictum ſacerdoti uel miniſtris Eccleſiæ, ipſi Eccleſiæ videtur eſſe relictum,

Quod iſte tex.procedat fauore Eccleſiæ. Cephal. conſ.312.num.30.uolum.4.Mantic.de coniectu. vlt. uolunta.lib.8.titu.6,nume.20.& 23. Pro declaratione ac intellectu ad h.tex.Moder. Noſtri.Peru.Mar.

Anto.Eugen.conſ.17.nume.16.& ſeq.

1531 *L.De aqua quæ eſt.l.2.ff.comm.prædi.*

Ius hauriendi uel ducendi aquam ex flumine per Caſtellum non eſt ſeruitus propriè; ſed in hoc iure quis tanquam in ſeruitute defendetur.

Pro ſenſu & intell.huius legis uide poſt gloſ. & Docto.hic Iacob.Cuiac.lib.3. obſeruat iur.cap. 28. quem reprobat Menoch.de retin.poſſeſſ. remed. 6. nume.68.

1532 *L.Si quis curialis.C.de epiſco.& cler.*

Prohibitus clericari debet reuocari ad priſtinum ſtatum per manus iniectionem, & non prodeſt ei cedere bonis.

Vide Andr.Gammar.in tract.de extenſion.num. 158.Ruy.conſi.95.nu.14.uol.1.

1533 *L.Qui commeatus.ff.de re milit.*

Pro declaratione ad hunc tex.uide Deci.in ca.ex ratione.col.antepen.extra.de appell.Pariſ.in ca.ex tranſmiſſa.de præſcrip.Io.Igne.in repet.§.non alias l.neceſſarios.ff.ad Syllan.in 4.par.nu. 194. Cagnol. ad l.qui poteſt,nu.5.ff.de reg.iur & nouiſſimè Odd. tract.reſtit.in integr.q.27.artic. . nu.65.& ſeq.

1534 *L.Temporibus.§.fin.de inſpect.ventr.*

Omiſſio modicæ ſolemnitatis non uitiat.

Vide Iaſ.conſi.226.uol.1.Soc.iun.in repet.rubr.ff. de oper.nou.nunci,nu.10.12.& ſequē.Io.Annib.de Cano.ad l.nemo poteſt.nume.334.& 338.ff.de legat.primo.

Digitized by Google

1535 *L. ſi veritas. C. de fideicomm.*

Ex minus ſolemni voluntate non debentur fidei commiſſa, niſi per hæredem fuerint agnita.

Pro declaratione ad hunc tex. Hiero. Boticel. ad rubr. ff. de nou. oper. nunci. nu. 29. ubi Hiero. nu. 120. Alci. nu. 15. nouiſſime marc. Aquil. nume 280. cum ſeq. Apoſtil. ad Matheſil. no. 36. Gozadin. ad l. ſi pacto. nu. 3. C. de pact.

1536 *L. Cũ aliquis quæ eſt l. pen. C. de iur. delib.*

Obedientia ad unum effectum non extendit ſe ad alium.

Pro intell. & declarat. huius tex. uide Rimi. inſti. per quas perſo. nob. acquir. §. item nobis. nu. 4. Io. Coras. in repet. ad l. frater a fratre. nume. 109. ff. de condit. indebit.

1537 *L. non dubito. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.*

Pro intell. ad hunc tex. & qui fæderati eſſe dicantur, poſt Bude. hic Alc. lib. 1 parerg. c. 14. & reſponſ. 460. nu. 1. Sigon. lib. 1. de antiq. iur. Ital. c. 1.

1538 *L. Si libertus ita. ff. de oper. liber.*

Promittens facturum quid meo arbitrio, intelligitur de arbitrio boni uiri.

Pro intell. huius legis Ambros. de Oppizo. in repet. l. ſi quis arbitratu. nu. 43. & ſeq. ff. de uerb. oblig. Iacob. Menoch de arbitr. iudi. lib. 1. q. 70. nu. 5.

1539 *L. filiusfam. ff. de donat.*

Filiusfamilias etiam habens liberam peculii adminiſtrationem non poteſt donare niſi in caſibus hic expreſſis.

Quod non procedat quoad bona. Crauet. conſ. 84. num. 9. & conſ. 92. nume. 1. verſ. ſed poſito in donat. cauſ. mort. Dida. in rubr. extr. de teſta, 3. par. num. 6. cum ſeq.

An & quando & quomodo filiusfam. donare poſſit, Iul. Clar. lib. 4. ſenten. §. donatio, q. 6. ad verſ. pari ratione Ceph. conſ. 531. num. 14. & conſ. 485. nu. 49.

1540 *L. Iure ciuili. ff. de condit. & demonſtr.*

Concordat c. cum non ſtat de reg. iur. in 6. l. in iure ciuili. ff. de reg. iur. ubi Dec. & Cagnol. Zaſ. lib. 2. ſing. intel. c. 35. Lim. hũc tex. quando grauans ſub conditione dependet a facto ſuo, non tenebitur illum adimplere, Zanch. in repetit. §. cum ita ad Trebel. nume. 1194.

1541 *L. Si quid dolo. quæ eſt l. 1. ff. ſi quid in frau. patro.*

Alienatio facta in fraudem patroni non valet. Fallit in 18. caſibus, de quibus per Vigel. in comm. 6. anni. in 2. par. lib. 20. ff. c. 8. q. 70. fol. 944.

Ad uerſ. ſi quis in fraudem. pro intel. ad hunc tex. Vid. Anto. Rube. in l. Titia Seio. §. Imperator. nu. 58. ff. de lega. 2.

Ad verſ. & alias videamus. Quomodo procedat illud, quod noſtra intereſt habere res, quæ fuerunt maiorum noſtrorum; Tiraquel. de vtroq. retract. in præfat. num. 46.

1542 *L. Cum in rem, qaæ eſt l. 1. C. de alien. iudic. mut. ca. fac.*

Alienatio facta judicii mutãdi cauſa, non valet.

Quo-

Quomodo procedat iſte tex, Nic. Bel. lib. 1. ſuppu. cap. 19. declarat *Menoch.* de adipiſcen. poſſeſ. remed. 4. num. 500.

Fallit regula huius legis in 20. caſibus, ut per Vigel. in comment. 7. anni. libr. 49. ff. cap. 13. fol. 341. & ſequent.

1543 *L. Si duobus. quæ eſt l. fin. §. ſed quia. C. commun. de legat.*

Bona reſtitutione fideicommiſſi ſubiecta alienari non poſſunt.

Lim. 15. modis. ut per Soci. reg. 46. bona ubi late. Fallit, & fallen. limitatur in 3. caſibus ut per Purpura. in l. cum proponas. nume. 3. C. de pact. & ibidem. Iaſ. Marſil. ſing. 31. Iaſ. hic Alex. in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebel. Vigel. in comm. 5. anni. cap. 2. reg. 2. fol. 7. pro declarat ad hunc tex. Cephal. conſ. 393. nume. 80.

1544 *L. Cum res. C. de contrahen. empt.*

Emptio rei ſuæ non valet.

Concordat l. ſi mater infra. eo. l. ſuæ rei. ff. eo. Pro intel. vide Soci. in l. 3. §. ex pluribus. in 2. de acquir. poſſ. num. 71.

Fallit in ſeptem caſibus, quos not. Rip. in repet. l. ſi aliquam rem. ff. de acquir. poſſeſſ.

Fallit in tribus caſibus, vt per Dec. in l. neque pignus. ff. de reg. iur. nu. 5.

1545 *L. Emptor fundi. C. de euictio.*

Emptor agit de euictione contra uenditorem præterquam in tribus caſibus hic expreſſis.

Fallit regul. huius legis ut per Socin. regul. 438. Mat. de Afflict. in capit. primo. §. rurſus ſi fideles,

nu.5.quib.mod.feud.amitt.in caſib.feud.Capr. reg. 87.num.214.Marſil.ſingn. 656. Anto.Rube in l.non ſolum §.mortem.ff.de nou.oper.nunci.num 8. ver. pro perfecto Ad gloſ.1.hic in fin.ſequitur Roman; conſi.221.allegat col.2.

1546 *L.Eos.C.de furt.*

Recipiens in cuſtodia res furtiuas furti tenetur. De intel.huius tex.dic vt per Marſil. in l.fin. nu.51. ff.ad l.Corn.de ſicar.

Quod procedat ſolum in eo,qui ſcienter & fraudulenter rem furtiuam receptat,poſt Caſtren.hic declarat Petr.Anto.Auguſt.in materia crimi. conſ.19. Si Capitaneus.num.7.Roland.conſ.45.uiſa.num.11. volum.1.

Quod non procedat generaliter in quocunque,receptante rem furtiuam ſed ſolum in receptante à ſeruo propter correctionem ipſius ſerui.Marſi.cõſ. ſing.54.longe.nu 21.& 26.ſequitur Rolan.conſ.45. viſa.nu.7.& ſeq.uol.1.

Quod non procedat legis diſpoſitio,quando quis ſcienter receptauit res furto ſubtractas non animo, & intentione aliquid lucrandi ſed gratis, vt tantum ſeruiat amico;idem Rol.conſ.45 num. 28.& ſeq.ubi nu.38.reprobat Salyc.hic qui contrarium tenuit.

1547 *L.Si pater puellæ.C.de inoffi.teſtam.*

Propter fideicommiſſum inter filios,inuicem relictum neuter filiorum videtur grauatus.quia omnes ſunt in pari ſpe;& ideo non habebit locum querela inofficioſi teſtamenti.An diſpoſitio huius legis quã tum ad legitimam ſit hodie correcta per l.quoniam in prioribus.eo.t.Dec.conſ.456,Conſului.n,3.& 7. in fin.

Digitized by Google

in fin.cum ſeq.pl. ne Gabriel,lib.9.tit.de legit con cluſ.1.num.6.Menoch.conſ.196.nu.16.& ſeq. lib. 2.

1548 *L.Quoniam.C.ad l.iul.de ui.publ.*

Accedens ad rem ab alio poſſeſſam cauſa expellen di illum de poſſeſſione, ſi ea occaſione homicidium, interuenerit ſiue ex parte inſiſtentis ſiue ex parte re ſiſtentis;eſt ad mortem condemnandus & appellare non poteſt.

Qualiter & in quibus caſibus procedat diſpoſitio, huius legis,not.Petr.Ant.Auguſt.in tract cri. conſi. 23.col.fin.nu.5.Tiber. Decia conſ.4.nu.60.vol.3.

1549 *L.Publicati.C.de teſtam.*

Publicatio requiritur , ad hoc vt teſtamentum in ſcriptis factum profit,& etiam ſi originalis ſcriptura teſtamenti amitteretur,ſufficeret ſola teſtamenti pu blicati fides.

Idē in l.1.§.ſi quis ex ſignatoribus. ff. quemadm. teſtam.aperia.Declarat Menoch.de adipiſcen. poſ- ſeſ.remed.4.num.100.

Fallit in ſtatut.& conſuetud. quę poſſunt hanc pu blicandi ſolemnitatem minuere l.2.ff.quemadmod. teſtam.aperian.Bart.in l.1.C.de ſum.Trinit numer. 23,Vide Rebuff.in com.conſtit.reg. tom 2.t.de do- nat.art.1.glo.1.num.25.

1550 *L.Incendium.C.ſi cert.pet.*

Incendiū ære alieno non liberat debitorē generis Limit.ut per Iaſ.in l.q. te.ff ſi cer pet.nu. 14 ubi Bo logn. & alii.Cagn.nu.54 Cur.in nume.8.R p.19 per Alc.in l.rōne.la 2.§.ſi.diligenter.ff.ad l.falci.Gabri concl.1.lib.3.de reb.credit.Duen.reg. 176.

L.Minor

Digitized by Google

1551 *L. Minor 25. annis omiſſam ff. de mino. 25. an.*

Minor omittens allegationem ſeu probationem reſtituitur, ut iterum inducat.

Limit. vt per Iaſ. in l. eleganter. §. ſi quis poſtea. vbi Bar. ff. de con. ſit. indebit. Iaco. Menoch. de arbit. iud. lib. 2 centu. ſecunda caſ. 175. nume. 12. nouiſſime Odd. tract. reſtit. in integr. q. 36. articu. 8. & q. 65. artic. 12. & 13.

Ampl. ut quandoque etiam non probata læſione, minor reſtituatur puta ſi confiteatur aliquod delictum commiſſum, de quo aliter non conſtet, niſi per ſuam confeſſionem. vt poſt Alex. & alios, de quibus ibi, refert & ſequitur Marſ. ſing. 445. minor. Odd. ubi ſupra q. 36. art. 9. & pleniſſime q. 65. art. 6. & 7.

1552 *L. Appellatione. quæ eſt. l. vnic. ff. nil. nou. appell. interpos.*

Lite vel appellatione pendẽte, nil debet innouari vel executio non debet fieri appellatione pendente.

Declarat Menoch. de arbitr. iudi. lib. q. 81. nu. 10.

Limit. niſi debitor eſſet ſuſpectus de fuga. Iaſ. in l. vinum. nu. 5. ff. ſi cert. petat. & ad hanc reg. uide late Petr. Duen. regu. 42. Soc. in materia regu. 21. appell. Corſett. in ſing. in ver. appellatio. Marſil. ſing. 258. plura.

1553 *L. Cum pater. §. hæredem el. 2. ff. de lega. 2.*

Per Simplicem diuiſionem non tollitur ius fidei-

com-

commiſſi. Vide Bar. & omnes Doct. ad l. Qui Romę. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. & ad l. tres fratres. ff. de pact. Alex. conſi. 104. liq. 4. & cõſi. 208. lib. 6. Dec. conſi. 267. in princ. & 288. nume. 5. Socy. iun. conſi. 116. nume. 32. vol. 1. plene Gabri. lib. 4. tit. de fideicomm. concluſ. 1. & quod tribus concurrentibus nõ procedat reg. in tex. quãdo ſcilicet fideicommiſſum eſt reciprocum, diuidentes habuerunt notitiam, & eſt renunciatum etiam iuribus de futuro. poſt Bart. in dicto §. duo fratres. 6. q. in fin. quem ibi ſimpliciter ſequuntur Alexan. Are. Iaſ. Crot. de communi teſtantes. omnino ſequendum ait Socy. iun. dicto con 116. viſo. nu. 50. uol. 1. in materia Thobi. Noni. conſ. 41. viſo. Ruyn. conſi. 133. uol. Menoch. conſi. 81.

1554 *Rubrica C. de decret. Decur. lib.* 10.

Ad gloſ. hic dicentem, quod illud, quod poteſt fieri per pactũ, poteſt etiã fieri per ſtatutum; adde Bar. in l. omnes populi. nu. 26. ff. de iuſt. & iur. Alex. in l. ſæpe. col. 3. ff. de re iudic. Euer. in centu. in loco a pacto ad legem. Rolan. a Vall. tract. de lucr. dot. q. 1. nu. 7. & q. 24. nu. 9. ubi limitant hanc regulam non procedere negatiuè.

1555 *L. Diuus. ff. de extraordi. crimi.*

Mulier, quæ ſtudioſè fecit abortum, mittitur in exilium.

Concordat. l. Cicero. ff. de pœnis. l. ſi mulierem. ff. ad leg. Corn. de ſicar. Vide Dec. conſ. 135. pluribus auctoritatibus exornat. Pedem. deciſ. 60. nu. 5.

1556 *L. Sed ſi apud acta quæ eſt. l. 2. ff. de appel.*

Appellans a cauſa diffinitiua, cauſam appellatio-

ni

nis allegare non tenetur. Vide Socyn. in regu. 14. ubi late.

Adde quod quoties eſt cauſa, ex qua prohibita eſt appellatio uel per legem uel ſtatutum, ſi permittitur appellatio in aliquo caſu ſpeciali; cauſam appellationis exprimere debet, alias appellatio nō tenet. Bar. in l. ſententia. ff. de appella. Abb. in c. Romana. § ſine autem. de appellat. in ſexto. Fel. in c. quod conſultationem. col. 10. extr. de re iudica.

1557 *Si tibi rem vendendam. ff. de preſcriptis. verb.*

Si res uendenda traditur certo precio, ut ſuperfluum lucretur venditor; agitur actione in factum.

Diſtingue poſt Fab. & Io. de Plat. in §. actionum. ut per Iaſ. late in l. 1. nu. 3. ff. de æſtim. actio ubi ponit in bidello cui traditus fuerit liber vendendus pro decē ducatis, & is pluris vendiderit; ſuperfluū ſit ſuum, Quod ſi vendidit pro quindecim, uide ibi Iaſ. & Marſil. ſing. 632. occurrit.

1558 *L. Inter ſtipulantem. § ſacrā. ff de ver. obl.*

Pro intell. Alex. Rauden. tract. de analog. lib. 1. c. 15. nu. 129.

Ad verſ. Sed hæc diſſimilia. not. ex DD. quod argumentum a ſimili corruit diſſimilitudine data. ut per Soc. in reg. 29. argumētum. Fel. in c. 2. in 4. not. de ſponſ. Afflict. deciſ. 350. Euerard. in centu. ſua in 10. forma, car. 97. & ſeq. Dec. conſi. 326. Abb. & Dec. in c. tranſlato. extra de conſtit. ubi Feb. nu. 10. & ſeq.

1559 *L. Nulli prorſus q̄ eſt l. 1. C. ut armo. vſus. li. 10.*

Prohibitum eſt regulariter portare arma, ut hic, &

& authen.de arm.§.de penult. late per Socy.in reg. no.arma. & multa in materia & quid appell. armor. uetit.ueni.uide per Iaſ.inſt.de actio.§. ex maleficiis nu.87.uide Petr.a Duen.reg.55.arma.

1560 *L.Sciendum.in prin.ff.qui ſatiſd. cogan.*

Non poſſidens immobilia tenetur ſatiſdare de iudicio ſiſti. Vide Soc.in reg.45.in uer.cauere. Afflict. deciſ.109.

Ampl.etiam in poſſidente immobilia uitioſa uel in loco periculoſo.ut non.Iaſ.in l.2.nu.23.ff.ſolut. matrimo.

Ampl.etiam in poſſidente imobilia in Territorio alieno,& non ſub eadem iuriſdictione,ſub qua conuenitur.Petr.a Duen.reg.74.

Adde quod cautio fideiuſſoria exigitur etiam quã do petitur ſecuritas de non offendendo: prout docet Fel.in rubr.de feu.& §.qui tenet in 2.dub. licet Bar. in l.illicitas.§.ne potentiores.in 2. quæſtione ſenſerit non debere præſtari ab eo,qui poſſidet immobilia,contra quem eſt communis obſeruantia.

1561 *L.certum.§.ſi quis abſente.ff.de confeß.*

Confeſſio,abſente parte facta,non præiudicat.late per Soc.in reg.63. in uer. confeſſio.uide Hippol. not.202.poſt Fel.in c.ſi cautio.de fid.inſtru.Moder. in rub.de verb.oblig.Afflict.deciſ.12.fuit.nu.2. ubi quod ſemiplene probat.Gabriel lib. 1.de confeſſ. concluſ.1.Marcabru.ab Anguill.conſi.29.nu. 20. & per tot.ubi plene,& concluſ.348.nu.42.

1562 *L.Confeſſos.quæ eſt l.vnica.C.de confeß.*

Cõfeſſus ꝓ iudicato habetur,De confeſſione facta

Digitized by Google

in iudicio cuius ſit efficaciæ uide Maſcard. tract. de probat,uol.1.concluſ.344.

Lim.quando confeſſio eſt facta coram iudice pro tribunali non ſedente, non ualere, & ſic non in loco iudicii.ut not.hic.& uide Socy.in reg.66.confeſſio. Et quando aliquid dicatur factum in iudicio, docet Bald.in l.1.§.ſimilique modo.C. de lati.libert.tol. Abb.in c.at ſi clerici.nu.6.extr.de iudi.

Quid in confeſſione de credulitate,an ita præiudicet ſicut de ueritate.Vide Socyn.in regu.68.Confeſſio.

Amplia hoc procedere etiam ſi proceſſus ſit ineptus, inordinatus,& nullus.Matheſil.ſingu.53. nota utilem.Marſil.ſing.201.in confeſſum.limit.12. modis ut per Felyn.in ca.qualiter il ſecundo in §. licet autem extra de accuſat.quem refert & ſequitur Diaz reg.223.confeſſio.

1563 *L.Ex conſenſu.§.cum qui.ff.de appell.*

Contumax uerus regulariter non appellat,& dicitur contumax uerus,qui legitime citatus ad iudiciũ uenire recuſat.

Vide Socy.in regul.78.Contumax.limit.in minore,ruſtico,& pupillo.Marſil.ſing.373.contumax. in fin.limit.ut per Carrer.in prax.crimi.l. obſeruare. nu.59.ubi pleniſſimè tractat de contumacia.

1564 *L.Si quis id quod.ff.de iuriſd.om iudi.*

Ad uer.in ſeruos,quod debitor non habens unde ſoluat,in corpore luere debet;uide Socy.in reg.81. Debitor.& quæ ibi ad eum.

Declar.hanc reg.ut per gloſ.in fin.reg.precatum, de reg.iur.in 6.& gloſ.in uerſ.habeat in c.ſicut dignum.de hom. quæ dicunt quod ſi quis punitur in

per-

perſona,ſi deuenerit ad meliorem fortunã amplius non vexatur in ære.ſing.24.

Ad glo.hic in vet.quingentorum.quomodo ſit intelligenda, & cui iſta pœna ſit applicanda an fiſco vel parti vel diuidi debeat,uide poſt alios Iaſ. in §. pœnales.nu.38.& ſeq.inſtit.de actio.

1565 *L.Minor annis uigintiquinque cui fideicom. ff.de mino.*

Inſtrumenta nõ habent executionem pararam. Vide Iaſ.in l.fi.col.2.nu 6.C.de edict.diu.Adria. tollen.ubi ponit tres caſus,in quibus inſtrumenta habent executionem paratam. Cagnol.in l.in teſtamentis.plenius.nume.8.de reg.iur.Iac.nouel. regu. 26.ubi ponit ſex limitationes ad regu. huius legis Ganul.tract.de offic. præ. titu. de inſtru.nume. 15. Alex.in l.ſi cum dotem.§.eo.autem tempore.ff. ſolut.matrimo.nu.6.

1566 *L.Siue poſſidetis.C.de probat.*

Ad glo.conſtituti.quod poſſidere hodie prę ſumitur,qui olim poſſidebat;adde Alcia.in tract.de præſumpt. reg.2.præſumpt. 21.in princ.Micha.Craſ.in comm. opin.lib.2.c.20.q 4.Maſ. ard.tract. de probatio.uol.1.cõcluſ.550.& plenius uol.3.concluſ.1195. Natt.conſ.572.nu. 18.uol.3.

Vide Rip.in c.cum Eccleſia Sutrina.de cauſ. poſſes.& propriet. ubi ponit plures limit.& declarat. ad iſtam reg.Didac.de teſtamentis. c. Raynutius. §. 11.nu.2.& in c.poſſeſſor.malæ fidei in 2.par.§.1.nu. 1.de regul.iur.in ſexto.

An procedat etiam in re mobili,uide Gabriel.li. 4.de præſumptio.concluſ.10.

L.Qui

1567 *L.Qui iuriſdictioni.ff.de iuriſd.omni. iudi.*

In cauſa propria quis non eſt iudex competens. Poſt ſcribentes hic adde Socy. in reg.203.iudex. Cott.in memor.in ver.Comes palatinus.Dic habe re locum in contentioſa iuriſdictione,ſecus in uo luntaria. Iaſ.in l.gallus.§ & quid ſi tantum ff. de li ber.& poſthum.nu.117.limit.ut per eundem Iaſ.in l.admonendi nu.180.ad fi.ff.de iureiur.Fel.in c.cau ſam quæ.de offi.deleg.nu.3.

1568 *L.Arbitri.quę eſt l.1. C.de ſenten.ex breu. reci.*

Sententia non ſufficit,ſi ſit in ſcriptis lata,niſi fue rit per iudicem recitata.
Adde Boer.deciſ.1.nu.75. Et debet non ſolum per iudicem recitari ſed etiam ſcribi. per eundem.cap. de re iudica.in ſexto & ideo ſententia lata ex conſi lio ſapientis non ualet,ſi iudex dicat ſolum,pronun cio,prout in tali cõſilio,cõtinetur,ut declarat Marſ. ſing.524.ad ualiditatem.

1569 *L.Recte poſſidenti.quæ eſt l.1.C.vnd.ui*

Licitum eſt ſe tueri contra vim,& ſic uim ui re pellere cum moderatione inculpatæ tutelæ.
Concordat l.Vt uim.de iuſt.& iur.In materia de fenſionis Aym.conſ.119.Alciat.reg.3.præſump.39. & in l.1.§. cum arietes. ff. ſi quadrupes pauperiem fecis.dica.Corne.conſi.461.lib.1.& conſi.124.lib.5. Marſil.ſingu.375.ubi ampliat in ſtulto & furioſo.
Ad q.quam ponunt Doct. quod occidens aggreſ ſorem ſe defendendo,non tenetur de homicidio;ui de.Roma.ſing 3.An ſi quis.ubi quod etiam ſe non de-

detur;ſed mitius punitur Marſi.ſing.100.

Ad gloſ.magnam.an ſit licitum offendere minan tem cõtra me;adde Iaſ.in l.vt vim.nu.14.ff.de iuſt. & iu. Ang.Aretin.in §.ius autem gentium.nu.5.inſtit.de iur.nat.Grammat.deciſ.5.col.9.& ſeq.Abb. in c.olim.nu.15.& ſeq.extr.de reſtit.ſpoliat.

Dum glo.dicit quod eſt licita defenſio tribus con currentibus, uide Iaſ. dicta l.vt vim in prin. Aretin.in dicto §.ius gentium.nume.3.Bar.in l. furem. nume.3.ff.de ſicar.Et quid dicatur moderamen inculpatæ tutelæ,uide.Marſil.ſingul. 632. vim ui.Et quod iſtud moderamen non conſideretur in familia iudicis,quæ interficit aliquem,non permittentem ſe capi;uide Boſſi.in tit.de captu,nu.12.

1570 *L.Teſtium.quæ eſt l.3.§.lege Iulianus.ff.de teſti.*

Textus hic dum probat,quod infames repelluntur a teſtimonio; intellig. de infamia iuris. ita declarat Bar.in l.1.col.4.in fin.ſeq.in princi.ubi Iaſ.nu.43.C. de ſumm.Trinit.

Adde aliquos ſpeciales caſus poſt gloſ.hic in uer. palam.Io.Andr.Ant.de Butrig.& Panor.in c.fin.de reſt.poſt.Specul.in tit.de accuſat.§.1.ad fin.Fely. in c.teſtimonium.de teſti.

In materia & in quibus caſibus teſtes infames repellantur, *Maſcard.* de probat, volum.tertio concluſ.1356.

Adde quod in criminalibus meretrix non poteſt eſſe teſtis. Alex.conſ.2.lib.1.Iaſ.in l.cunctos populos.C.de ſumm.Trini.Vigel.in ſua prax.crimin.cap. 1.nume.20.

Ad hunc text.dum uult, quod impubes non poteſt eſſe teſtis,ui.in quibus caſibus pupilli a teſti-

Digitized by Google

monio repellantur, Maſcard. de probat. uol.3.concluſ.1246.

Ad gloſ.hic in ver.impubes ubi quod minor maior factus poteſt teſtimonium ferre de ijs, quæ uidit in pupillari ætate adde Fel.in c.cum nobis nu.9.de præſcript. Rip.in l.qui Romæ,§.duo fratres, nu. 59. de verb.obliga.

De carcerato poſt Alb.hic nu.28.uide in tract.de teſtib.nu.17.Campeg.qui ponit regulam cum limi. in tract.de teſtib.reg.130. nouiſſimè Maſcard. tract. de probat.vol.1.conclu.268.

1571 *L.Vt perfectius.C.de ann.except.*

Contra poſſeſſorem abſentem vel furioſum vel pupillum datur remedium, ut præſcriptio interrumpatur.

Dic quod remedia huius legis non habent locum in hærede non habente domicilium Bart. in l.cum hæreditas.la 2.nu.3.ff.ad Trebell.

Quot modis interrumpitur præſcriptio, latè Maſil.ſing.346.præſcriptio.& 291.in materia Bart. in l.ſecunda § fin.ff.pro empto.Ruyn.conſi.118.lib.4. Iaſ.in l.fin.ff.de eo per quem factum erit. Balb. tract. præſcriptio. in prima part. Annib.de Cano.in l.naturaliter.nume.27.31.33.& ſeq.ff.de vſuca.

1572 *L.Quia poterat.ff.ad Trebell.*

Hæres poteſt cogi adire & reſtituere, nec eſt quærenda cauſa, quare adire recuſet.

Adde quod licet hic hæres nullum commodum debeat habere, ſed omnis hæreditas debeat transferri in fideicommiſſarium, tamen conditio de dando aliquid hæredi in ipſius perſona impleri debet, non in

in fideicommiſſarii, cui iam hæreditas ſit reſtituta. l. qui hæredi. §. cum hæredita, ff. de condit. & demonſtr. Pro declaratione ad hunc tex. Mantic. de coniect. ulti. vol. lib. 12. tit. 14. nu. 6.

1573 *L. Reſpiciendum. §. furta. ff. de pœni.*

Furta domeſtica de uilibus rebus non ſunt vendicanda per iudicem, ſed paterfam. intra domum ſuã vendicabitur.

Vide Boer. deciſ. 316. col. 6. in princ. nu. 7. ſecunda par. Corſet. in tract. de uerb. geminat. nume. 20.

Quando dicatur furtum domeſticum & non ſit puniẽdum iuxta terminos huius §. uide Petr. Calep. conſ. 106. inter conſi. crimi. uol. 1.

Ad verſ. delinquunt. Didac. ad c. alma mater. prima par. §. 10. nu. 14. de ſenten. excommunica.

1574 *L. Si quis. quæ eſt l. ſi. C. quæ res pign. oblig. poſſit.*

Indefinita locutio etiam ad futura extenditur, & in generali pignore vel hypotheca bonorum bona præſentia & futura continentur, ut hic, & in l. Senatus. & in l. ſeruitutis. C. de ſeruit. urb. p̃di. & in c. quocirca de priuil. & habetur plene per Bar. in l. ſi ita. ff. de aur. & arg. leg. Soc. in reg. 241. locutio.

Ampl. & limi. ut per Ant. de Lino in tract. de pigno. 2. par. prin. 2. mẽb. nu. 11. & ſeq. Rip. in l. Cõuentio generalis. ff. de pigno. & hypoth. nu. 2.

Et not. quod poteſt quis omnia ſua bona præſentia & futura obligare; ſed an in dicta obligatione trãſeat dominium ipſo iure, quod nõ Bar. in l. 1. P. dot. & ibi dicit, quod fallit in actione pro ſocio, quia in ea bene tranſit dominium ipſo iure l. ſecunda, pro ſocio.

Digitized by Google

1575 *L. Qui duos mulos. ff. de leg. 3.*

Maſculinum concipit fœmininum, & hic, & in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſd. omni. iudic. plene per Dy. & alios in l. prima ff. de verbo. ſignificat. per Socyn. in reg. 255. maſculinum Iaſ. in dicta l. ſi quis id quod Dec. in reg. fœminæ de regu. iur. ubi diſputat Marſi. ſingula: 191. ſæpius. ubi limitan contractibus, quid ſecundum ſublimita. ut per Iaſ. ubi ſupra nume. 33. Marſi. ſing. 20. Gabri. lib. 6. de verb. ſignifi. concluſ. 6.

1576 *L. Titia cum teſtamẽto §. huius. ff. de leg. 2.*

Vide Petr. Criſp. in rubr. de lega. 1. nu. 123. & ibi Ludou. Aluar. nu. 91. & 104, & 108.

Ad glo. magnam hic poſt med. ubi etiam Bar. no. quod teſtator poteſt dare licentiam legatario capiendi poſſeſſionem rei legatæ propria auctoritate; Bar. in l. nemo poteſt. 2. col. nu. 10. ubi Alex. nu. 14. & Iaſ. 46. ff. de lega. 1.

Ampl. quinque modis Bar. in l. creditores in 2. q. prin. C. de pig. Bald. in l. 1. 3. col. C. commu. de leg.

An per verba, uim fieri veto legatarijs mei, intelligatur data poteſtas ingrediendi poſſeſſionem propria auctoritate. quod ſic Ale. in dicta l. nemo poteſt nu. 14 per tex. in l. permiſceri §. ſpeciem. ff. de acquir. poſſeſ. Sed hoc reprobauit excellens præptor meus Reſtaur. Caſtald. pſ.endo in dicta l. nemo poteſt. per quatuor fundamenta. vide Roman. not. 88. aduerte.

Quid quando teſtator legando fundum, dicit ſe uelle ut libere deueniat in eum, quod intelligatur data facultas ingrediẽdi poſſeſſionem propria auctoritate; Iaſ. in dicta l. nemo poteſt. nu. 54. Cõtrarium tenuit , . conſi. 114, & præceptor meus ubiſupra; uide

uide Io. Dileſt de art. teſtan. lib. 5. tit. de ſubſtit. cap. 32. Clar. §. teſtamentum. q. 68.

1577 *L. A teſtatore. ff. de condit. & demonſtra.*

Ad hæredem ius implendæ conditionis nõ tranſit, vt fideicommiſſum perficiat, & ablatiui abſoluti reſoluuntur in conditionem.

Vide Alcia. lib. 4. parerg in c. 1. late per Duar. in l. qui Romæ §. augerius. de uerb. obli g.

Declarat Bero. conſ. 28 nu 31. uol. 2. Afflict. deci. 355. Rip. in rubr. ff. ſolut. matrimo. Ioſeph. de Ruſtic. tracta. an & quando liberi in condit. poſit. & lib. 6. cap. 1. num. 4.

1578 *L. Anniculus. § falſum. ff. de verb. ſignifi.*

Peperiſſe non dicitur mulier, cui mortuæ filius extractus fuit.

Pro intell. plenius uidendum eſt apud Bald. ſubtiliter conſi. 122. verba. lib. 1. Vide Iaſ. in l. qui dicitur nu. 5. & ſeq. de liber. & poſthum. Alciat. in l. qui mortuum. de verb. ſignificat. Paul. de Caſtr. in l. uxoris. C. de liber. & poſthu.

Declar. ut per Doct. in l. poſthum. in addit. col. 2. nu. 12. C. de contra. tabul. Salyc. in l. ultima. in fin. ubi Alex. nu. 4 de poſt. hæred. inſti. Ruyn. in l. gallus. §. & quid ſi tantum. nu. 50. uel. 76. de lib. & poſthum. Tiraquel. in l. ſi unquam in verb. ſuſceperit liberos. nu. 119. de reuocan. donat. refert & congerit Mantic. de coniect. ulti. uolunt. lib. 11. tit. 9. nu. 11.

1579 *L. Leges, & conſtitutiones C. de legib.*

Lex futura reſpicit, non autem præſentia.

Vide Bart, in l. omnes populi. num. 44. ff. de iuſt. &

Digitized by Google

& nu. Iaſ. in l. iubemus. nu. 4. C. de teſt. im
Quid actus eſt in parte geſtus & in parte gerendus, & noua conſtitutio ſuperuenerit. an habebit locum in illa parte gerenda. Dic quod non, ſi pars gerenda redderetur inutilis ſine parte geſta glo. fin. in clem. 1. in ver. deputatis. circa fin. de teſtam. quam allegat ad hoc Corſett. in ver. lex. Tu adde in materia ad hunc textum Fely. in c. fin. extr. de conſtit. ubi Dec. & omnes, Capra reg. 6.

1580 *L. Spem. C. de donat.*

Spes futuræ rei donari poteſt & vendi.

Quid in vltima voluntate, an poſſit, quod ſpe futuræ ſucceſſionis nobis debetur. Bar. in l. is poteſt. nu. 10. cum ſeq ff. de acquir. hæred.

Quid in ſpe fideicommiſſi vniuerſalis, ſi quis decedat ſine liberis. uide Fulg. conſi. 101. & an & quando ſpes poſſit tranſmitti, uide per Thobi. Non inſti. de verb. obli. §. ex conditionali. col. 2. poſt alios ibi.

1581 *L. Quæ de tota. ff. de rei vendicat.*

Quod iuris eſt de toto quoad totum, idem de parte quoad partem. Adde arg. procedere ubi eſt eadem ratio. ut poſt alios refert Dec. in reg. non debet in fin. nu. 8. de reg. uer. In materia Euerardi in loco a toto ad partem. Limitat per Iaſ. in l. iuriſgentium. §. adeo. num. 3. ff. de pact. Diaz. reg. 531. partis. Marſil. ſing. 256.

1582 *L. Maritum. ff. ſolut. matrimo.*

Maritus in dote habet beneficium, ne teneatur in effectu ultra quam facere poteſt.

Diſpoſitio huius legis non procedit in marito putatiuo,

ratiuo, qui poteſt in ſolidum conueniri. Rip. in rub. ff. ſolut. matrimo. nu. 6.

De noua ratione huius legis, & an locum habeat in ſpōſo per verba de futuro, & an ī putatiuo, latiſſimè Monter. in repet. dictæ rubr. ff. ſolut. matrimo. nu. 34. & ſeq.

Fallit in 12. caſibus, ut per Vigel. in comm. 6. anni. in 2. par. tit. quid ueniat. cap. 7. reg. 18. fol. 231.

Fallit in quinque caſibus, quos notat Iaſ. in l. quid nomine. ff. de condit. indebit. nu. 1.

Fallit in nouem caſibus, ut per Soc. reg. 252. plenè Alex. hic & in l. etiam filios. §. licet in dotalibus. ff. eod. nu. 2. ubi ponit limit. & ſublimita. & quando locum habeat diſpoſitio huius legis Bertaz. conſi. 551. vol. 2.

1583 *L. Poſſeſſio alias lex prima §. item acquirimus. ff. de acquir. poſſeſſ.*

Poſſeſſio acquiritur nobis per filiumfam. & ſeruū Vide Tiraquel. in tract. de conſt. poſſ. 3. p. lim. 30. nume. 54.

Ampl. & limi. per Dec. in l. filiusfam. ff. de regu. iur. Fallit in decem caſibus ut per Vigell. in comm. 23 anni. cap. 3. de acquir. poſſeſ. fol. 317.

1584 *L. Si quis ab alio. §. fin. ff. de re iudica.*

In obligationibus facti ſuccedit obligatio ad intereſſe poſt moram. l. 1. ff. de actio. empt. Doct. communiter in l. ſi inſulam. & in l. ſtipulationes non diuiduntur. §. Celſus. de uerb. oblig.

Vide Coras. lib. 2. miſcell. c. 3. commu. dicit Frāc. Marz. concluſ. 39. limit. ut per Mantic. ſingula. 88. 88. Bald. in addi. ad ſpecul. tit. de interr. in ver. non. quod aut eſt merum factum Soc. regu. 62. Iaſ. in l. ſtipulationes non diuiduntur, nu. 32. de verbo. oblig.

& ibi Soci.iun.nume.395.Io,Bologn.nu.42.ubi po-nit 10.limit. Vincent.Hercul.in l.in executione.nu. nu.150.de verb.oblig.Baptiſt.a Villal.concl.14. in littera O.Ger.ſing.98.nume.4.Crauett.conſi.12.in prin.Matheſil.ſingul.54.Rolan.conſi.6.nu.30.lib.1. & conſi.69.nu.33.lib.4.Vrſill.in addit.Afflict.deciſ. 167.nu.1.&.2.

1585 *L.Qui ſolidum.§.etiam.ff.de lega.2.*

Vide Coras.lib.2.miſcell.cap.7.

Ad hunc tex.dum vult quod iuſta cauſa litigandi excuſet ab expenſis; uide late per Dec. in l. quod in alterius.ff.de reg.iur.Et an ſi reus non deſiſtat a lite poſt productionem inſtrumenti debeat condemnari non ſolum in expenſis factis poſt productionem, ſed etiam ante.Quod non Bart.in l.ſi quis inficiatus. in princ.ff.depoſiti.& in dicta l.quod in alterius.cuius cõtrarium teneat ibi Dec.Æquior tamen & melior eſt opinio Bar.ut declarat Soci.iuni.in l.naturaliter. §.nihil commune.nu.201.& 204.ff.de acqui. poſſeſ. Et quid ſi extet.ſtatutum, quod victus victori condemnetur in expenſis.an intelligatur,etiam ſi habuerit iuſtam cauſam litigandi,late Gabriel.lib.2.de expenſ.concluſ.1.

1586 *Auth.non licet.C.de liber.preter.*

Liberi non poſſunt exhæredari ſine iuſta cauſa. Ias.in auth.ſi qua mulier.nume.22.C.de ſacroſ. eccleſ.Ampl.& lim.pluribus modis Docto.hic ubi Iaſ. nume.10.Curt.iun.nu.1.& ſeq.Gerard.ſing.1. & 2. Marſil.ſing.78.

L.Di-

1587 *L.Diuus.ff.de ſeruitut.ruſtic.prædi.*

